LYON J. CARCAIN 1480/90

GOFF I 19 | POLAIN 2045

# De contemptu mūdi ꝫ de imitatione chriſti.

BIBLIOTECA DE

# Incipit liber primus Johannis gerſon cancellarii pariſieñſis. De imitatione chꝛiſti et de contẽptu omniũ vanitatum mũdi. Capitulũ .i.

Qui ſequitur me nõ ambulat in te-
nebꝛis ſed habebit lumẽ vite dicit
dñs. Hec ſunt verba chꝛiſti qui
bus ammonemur quatenꝰ vitam
eius ⁊ moꝛes imitetur: ſi velimus
veraciter illuminari: ⁊ ab omni
cecitate coꝛdis liberari. Summũ
igitur ſtudiũ noſtrũ ſit in vita ieſu xp̃i meditari. Do-
ctrina xp̃i oẽs doctrinas ſanctoꝝ precellit ⁊ ꝑ ſpiritũ
haberet abſconditũ ibi mãna inueniret. Sed contin-
git ꝙ multi ex frequenti auditu euangelii paruũ deſi
deriũ ſentiũt: qꝛ ſ; m̄ xp̃i nõ habẽt. Qui autem vult
plene ⁊ ſapide xp̃i verba intelligere opoꝛtet vt totaꝫ
vitã ſuã illi ſtudeat cõfoꝛmare. Quid ꝓdeſt tibi alta
de trinitate diſputare ſi careas humilitate vnde dipli
ceas trinitati. Vere alta verba non faciunt ſanctuꝫ
⁊ iuſtũ: ſed virtuoſa vita efficit deo charũ. Opto ma
gis ſentire ꝯpunctionẽ ꝗ̃ ſcire eiꝰ diffinitionẽ. Si ſci-

res totam bibliam exteri⁹ ⁊ omniū philoſophoꝝ dicta: qd totū prodeſt ſine charitate dei ⁊ gratia. Vanitas vanitatū et oia vanias: preter amare deū ⁊ illi ſoli ſeruire. Iſta ſumma eſt ſapiētia p ꝯtemptū mūdi tendere ad celeſtia regna. Vanitas igitur eſt diuitias querere: ⁊ ī illis ſperare. Vanitas quoq; eſt honores ambire et in altū ſe extollere. Vanitas eſt carnis deſideria ſequi: ⁊ illud deſiderare vñ poſtmodū grauiter oportet puniri. Vanitas eſt longā vitā optare: ⁊ de bona vita parū curare. Vanitas eſt preſentē vitā ſolū attendere: et que futura ſunt non ꝓuidere. Vanitas eſt diligere quod cū omni celeritate tranſit et illuc non feſtinare vbi ſempiternū gaudiū manet. Memento illius frequenter ꝓuerbij: q2 non ſatiatur oculus viſu: nec auris impletur auditu. Stude ergo cor tuū ab amore viſibiliū abſtrahere ⁊ ad inuiſibilia te transferre. Nam ſequentes ſuā ſenſualitatē maculant cōſcientiā ⁊ perdunt dei gratiā.

## De humili ſentire ſui ipſius:

## Capitulum .ii.

Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat: ſed ſciētia ſine timore dei qd importat. Melior eſt ꝑfecto humilis ruſtic⁹ qui deo ſeruit: q̄ ſuperbus philoſophus q ſe neglecto curſū celi cōſiderat. Qui bene ſeipſū cognoſcit: ſibiipſi vileſcit: nec laudib⁹ delectatur humanis. Si ſcirē omnia

que in mundo ſunt ⁊ non eſſem in charitate qd me iuuaret corā deo q me iudicaturus ē ex facto. Quieſce a nimio ſciendi deſiderio: q2 magna ibi inuenit diſtractio ⁊ deceptio. Scientes libenter volūt videri ⁊ ſapiētes dici. Multa ergo ſunt que ſcire parū vel nichil anime ꝓſunt. Et valde inſipiēs eſt q alijs intendit q̄ȝ his q̄ ſaluti ſue deſeruiūt. Multa verba nō ſatiant aīam: ſed bona vita refrigerat mentem: ⁊ pura cōſcientia magnā preſtat ad deū cōfidentiā. Quanto plus ⁊ melius ſcis: tanto grauiꝰ inde iudicaberis niſi ſanctiꝰ vixeris. Noli ergo extolli de vlla arte vel ſcientia: ſed potius time de data tibi noticia. Si tibi videtur ꝙ multa ſcis ⁊ ſatis bene intelligis: ſcito tamē quia ſunt multo plura q̄ neſcis. Noli altū ſapere: ſed ignorantiā tuā magis fatere. Quid vis te alicui p̄ferre: cū plures doctiores te inueniant: ⁊ magis in lege periti. Si vis vtiliter aliqd ſcire ⁊ diſcere: ama neſciri ⁊ ꝓ nihilo reputare. Hec eſt altiſſima ⁊ vtiliſſima lectio: ſui ipſius vera cognitio ⁊ deſpectio. De ſeipſo nichil tenere ⁊ de alijs ſemꝑ bene ⁊ alte ſentire magna ſapientia eſt ⁊ ꝑfectio. Si videris aliquē aperte peccare vel aliqua grauia ꝑpetrare: non debes te tn̄ meliorē eſtimare q2 neſcis q̄diu poſſis in bono ſtare Omēs fragiles ſumꝰ ſȝ tu neminē fragiliorē teipſo tenebis.

## ¶ De doctrina veritatis.

## ¶ Capitulum. iii.

Felix quē veritas per ſe docet nō p̄ figuras ⁊ voces tranſeuntes: ſꝫ ſicuti ſe habet. Noſtra opinio ⁊ noſter ſenſus ſepe nos fallit: ⁊ modicum videt. Quid ꝓdeſt magna cauillatio de occultis ⁊ obſcuris rebus: de quibus nec arguemur in iudicio quia ignorauimus. Grandis inſipiētia q̄ neglectis vtilibus ⁊ neceſſarijs vltro intendimus curioſis ⁊ dānoſis. Oculos habentes nō videmus. Et quid cure nobis de generibus ⁊ ſpeciebus. Cui eternuꝫ verbū loquit᷑: a multis opinionibus expeditur: ex vno verbo oīa ⁊ vnū loquuntur oīa ⁊ hoc ē principiū quod ⁊ loquitur nobis. Nemo ſine illo intelligit᷑ aut recte iudicat. Cui omnia vnū ſunt et oīa ad vnū trahit ⁊ oīa in vno videt poteſt ſtabilis corde eſſe ⁊ in deo pacificus ꝑmanere. O veritas deus fac me vnū tecuꝫ in charitate ꝑpetua. Tedet me ſepe multa legere ⁊ audire. In te eſt totū quod volo ⁊ deſidero. Taceant oēs doctores: ſileāt vniuerſe creature in cōſpectu tuo: tu michi loquere ſolus. Quāto aliquis magis vnitus ſibi ⁊ interiꝰ ſimplificatꝰ fuerit: tanto plura ⁊ altiora ſine labore ītelligit: quia deſuper lumen intelligentie accipit. Purus ſimplex et ſtabilis ſpiritus in multis operibus nō diſſipat᷑: quia oīa ad dei honorē operat᷑: ⁊ in ſe ocioſus ab omnī ꝓpria exqſitione eſſe nititur. Quis te magis impedit ⁊ moleſtat q̄ tua immortificata affectio cordis. Bonus ⁊ deuotus homo opa ſua prius intus diſponit que foris agere debet. Nec illa trahunt eum ad deſideria vicioſe inclinationis: ſed ipſe inflectit ea ad ar-

bitriū recte rōnis. Quis hȝ forti⁹ certamē q̄ ꝗ nitit̄
vincere ſeipȝ. Et hoc deberet eē negotiū nr̄ȝ: vincere
videlȝ ſeipſū ⁊ quotidie ſeipſo fortiorē fieri: atqȝ in
meli⁹ aliqd ꝓficere. Oīs ꝑfectio in hac vita quādaȝ
impfectionē ſibi hȝ annexā: ⁊ oīs ſpeculatio nr̄a qua
dam caligine nō caret. Humilis tui cognitio certior
via eſt ad deū q̄ ꝓfunde ſcientie inquiſitio. Non eſt
culpanda ſcientia: aut quelibet ſimplex rei noticia: q̄
bona eſt in ſe conſiderata ⁊ a deo ordinata: ſed prefe
rēda eſt ſemꝑ bona cōſciētia ⁊ virtuoſa vita. Quia
vero plures magis ſtudent ſcire q̄ bene viuere: ideo
ſepe errāt: ⁊ pene nullū vel modicū fructū ferūt. O
ſi tantam adhiberent diligentiaȝ ad extirpenda vitia
⁊ virtutes inſerendas: ſicuti ad mouendas queſtiōes
nō fierent tanta mala ⁊ ſcandala in populo: nec tan
ta diſſolutio in cenobijs. Certe adueniēte die iudicij
nō queretur a nobis quid legimus: ſed quid fecim⁹
nec q̄ bene diximus: ſȝ q̄ religioſe viximus. Dic mi
chi vbi ſunt modo omēs illi dn̄i ⁊ magiſtri quos be
ne nouiſti dum adhuc viuerent ⁊ in ſtudijs florerēt.
Iam eorū prebendas alij poſſident: ⁊ neſcio vtrūȝ
de eis recogitent. In vita ſua aliquid videbant̄: et
modo de illis tacetur. O q̄ cito tranſit gloria mun
di. vtinā vita eorū: ſciētie ipſoꝝ concordaſſet: tūc be
ne ſtuduiſſent ⁊ legiſſent. Quā multi pereunt ꝑ va
naȝ ſciētiaȝ ī hoc ſeculo: ꝗ parū curāt de dei ſeruitio.
Et qꝛ magis eligūt magni eē q̄ humiles: ideo euane
ſcūt ī cogitationib⁹ ſuis. Vere magn⁹ ē ꝗ magnā hȝ
charitateȝ. Vere magnus eſt ꝗ in ſe paru⁹ eſt: et pro

nichilo omne culmē honoris ducit. Vere prudens ē qui omia terrena arbitrat̄ vt ſtercora: vt xp̄m lucrifaciat. Et vere bene doctus eſt: qui dei voluntatem facit ⁊ ſuā voluntatē relinquit.

## De prudentia in agendis: Cap. iiii.

Non eſt credendū omi verbo nec inſtinctui ſed caute et longanimiter res eſt ſcd̄m deū ponderāda. Prochdolor ſepe malū facilius q̄ȝ bonū de alio credit̄ ⁊ dicit̄: ita infirmi ſumus: Sed pfecti viri nō facile credūt omni enarrāti quia ſciunt infirmitatē humanā ad malū procliuam et in verbis ſatis labilem. Magna ſapiētia eſt non eſſe p̄cipitem in agēdis: nec pertinaciter in ꝓpriis ſenſibus ſtare. Ad hāc etiam ptinet non quibuſlibet hominū verbis credere: nec audita vel credita mox ad alioꝝ aures effūdere. Cum ſapiēte et conſciētioſo viro cōſilium habe: et quere potius a meliori inſtrui: q̄ȝ tuas adinuentiones ſequi. Bona vita facit hominē ſapientem ſecūdum deū et expertuȝ in multis. Quanto quis in ſe humilior fuerit et deo ſubiectior: tanto in omnibus erit ſapientior et pacatior.

## De lectione ſanctarū ſcripturarum. Ca. v.

Veritas eſt in ſcripturis ſanctis querenda non eloquentia. Omnis ſcriptura ſacra eo ſpiritu debet legi quo facta eſt. Querere potius debemus vtilitatē in ſcripturis q̃ ſubtilitatē ſermonis. Ita libēter deuotos ⁊ ſimplices libros legere debem⁹ ſicut altos et profūdos. Non te offendat auctoritas ſcribētis vtr̄ parue vel magne litterature fuerit: ſed amor pure veritatis te trahat ad legendum. Non queras qs hoc dixerit: ſed quid dicat attende. Homines trāſeunt: ſed veritas dn̄i manet i eternū. Sine perſonarū acceptione variis modis loquitur nobis deus. Curioſitas noſtra ſepe nos impedit in lectione ſcripturarū: cū volumus intelligere et diſcutere vbi ſimpliciter eſſet tranſeūdum. Si vis ꝓfectuz haurire: lege humiliter ſimpliciter ⁊ fideliter: nec vnquā velis habere nomen ſcientie. Interroga libenter et audi tacēs verba ſanctoruz: nec diſpliceāt tibi parabole ſeniorū: ſine cauſa enim nō proferunt.

## ¶ De inordinatis affectionibus. ¶ Capitu. vi.

Quandocūqꝫ homo aliquid inordinate appetit ſtatim in ſe inquietus fit. Superbus et auarus nūq̄ꝫ quieſcunt. Pauper et humilis ſpiritu in multitudine pacis conuerſantur. Homo qui nec dum perfecte in ſe mortu⁹ eſt: cito

tentatur et vincitur in paruis et vilibus rebus. In-
firmus ſpiritu et quodammodo adhuc carnalis et
ad ſenſibilia inclinatus difficulter ſe poteſt a terrenis
deſideriis ex toto abſtrahere. Et ideo ſepe habet tri-
ſticiam cum ſe ſubſtrahit: leuiter etiaz indignatur ſi
quis ei reſiſtit. Si autẽ perſecut⁹ fuerit quod cõcu-
piſcit: ſtatim ex reatu conſciẽtie grauatur: quia ſecu-
tus eſt paſſionẽ ſuã que nichil iuuat ad pacem quã
queſiuit. Reſiſtẽdo igit̃ paſſionibus inuenitur vera
pax cordis: nõ autẽ ſeruiendo eis. Nõ eſt ergo pax
in corde hominis carnalis: non in homine exteriori-
bus dedito: ſed in feruido ſpirituali.

## De vana ſpe et elatione fugienda. Capitul'. vii.

Vanus eſt qui ſpem ſuã ponit in hominib⁹
aut in creaturis. Non te pudeat aliis ſer-
uire amore iheſu chriſti ⁊ pauperẽ in hoc
ſeculo videri. Non ſtes ſuper teip̃m ſed in deo ſpem
tuam cõſtitue. Fac quod in te eſt: et deus aderit bo-
ne volũtati tue. Non cõfidas in tua ſcientia: vel cu-
iuſcꝫ aſtucia viuẽtis ſed magis in dei gratia qui ad-
iuuat humiles: et de ſe p̃ſumẽtes humiliat. Ne glo-
rieris in diuitiis ſi adſunt: nec in amicis quia poten-
tes ſunt: ſed in deo qui omĩa preſtat: et ſeipſum ſup
omnia dare deſiderat. Non te extollas de magnitu-

ſine vel pulchritudine corporis: que modica infirmi
tate corrūpitur et defedat. Non placeas tibi ipſi de
habilitate aut ingenio tuo ne diſpliceas deo: cuiꝰ eſt
totum quicquid boni naturaliter habueris. Non te
reputes aliis meliorē ne forte corā deo deterior ha
bearis: qui ſcit quid eſt in homine. Non ſuperbias de
operibus bonis quia aliter ſunt iudicia dei q̄ hoim̄
cui ſepe diſplicet quod hominibꝰ placet. Si aliquid
boni habueris: crede de aliis meliora: vt humilitatē
conſerues. Non nocet ſi omnibus te ſupponas: nocet
autem plurimū ſi vel vni te preponas. Jugis pax
cū humili: in corde autē ſuperbi zelus ⁊ indignatio
frequens.

## De cauenda nimia famili aritate. Capitu. viii.

Non omni homini reueles cor tuū: ſed cum
ſapiente et timente deū age cauſam tuam.
Cum iuuenibus et extraneis rarus eſto.
Cum diuitibus noli blādiri: et coram magnatis non
libenter appareas. Cum humilibus et ſimplicibus:
cum deuotis et morigeratis ſociare: et que edifica
tionis ſunt pertracta. Non ſis familiaris alicui mulie
ri: ſed in communi omēs bonas mulieres deo com
menda. Soli deo et angelis eius opta familiaris eſ
ſe: et hominum noticiam deuita. Charitas ha
benda eſt ad omnes: ſed familiaritas non expedit.

Quādoqz accidit vt perſona ignota ex bona fama luceſcat: cuius tamen preſentia oculos intuentiū obfuſcat. Putamus aliquādo aliis placere ex coniūctione noſtra: et incipimus magis diſplicere ex morū improbitate in nobis conſiderata.

## De obedientia et ſubiectione. Capi. ix.

Valde magnum eſt in obedientia ſtare: ſub prelato viuere: et ſui iuris non eſſe. Multo tutius eſt ſtare in ſubiectione: q̄ in prelatura. Multi ſunt ſub obedientia magis ex neceſſitate q̄ ex charitate: et illi penam habent et leuiter murmurāt: nec libertatem mentis acquirent: niſi ex toto corde propter deū ſe ſubiiciant. Curre hic vel ibi: nō inuenies quietē niſi in humili ſubiectione ſub prelati regimine. Imaginatio locorū ꝛ mutatio multos fefellit. Verū eſt ꝙ vnuſquiſqz libenter agit pro ſenſu ſuo: et inclinat ad eos magis qui ſecum ſentiunt. Sed ſi deus eſt inter nos: neceſſe eſt vt relinquamus etiam quandoqz noſtrū ſentire propter bonum pacis. Quis eſt ita ſapiēs qui oīa plene ſcire poteſt Ergo noli nimis in ſenſu tuo confidere: ſed velis etiā libēter aliorū ſenſū audire. Si bonū eſt tuū ſētire: ꝛ hoc ipm propter deū dimittis ꝛ aliū ſeq̄ris magis exinde ꝓficies. Audiui eni ſepe: ſecuri⁹ eſſe audire ꝛ

accipere conſiliū q̄ȝ dare. Poteſt enī cōtingere vt bo
nuȝ ſit vnuſcuiuſq̄ȝ ſentire ſed nolle alijs acquieſce
re cū id ratio aut cauſa poſtulat ſignū eſt ſuperbie ⁊ p̄
tinacie.

## ¶ De cauenda ſuperfluitate veborum. ¶ Capitu. x.

Caueas tumultum hoīum q̄ntū potes: mul
tum enī impedit tractatus ſecularīū geſto
rum etiā ſi ſimplici intētione p̄ferantur. Ci
to enī inq̄namur vanitate ⁊ captiuamur. Velleȝ me
pluries tacuiſſe et inter hoīes nō fuiſſe. Sed quare
tam libenter loquimur ⁊ inuicē fabulamur: cū tamē
raro ſine leſione conſcientie ad ſilentiū redimus. Ideo
tam libenter loquimur: qꝛ per mutuas locutiōes ab
inuicem cōſolari querimus: ⁊ cor diuerſis cogitatio
nibus fatigatū optamus releuare. Et multū libenter
de his que multū diligimus vel cupimus: vel que no
bis cōtraria ſentim⁹: libet loqui ⁊ cogitare. Sȝ p̄ch
dolor ſepe inaniter ⁊ fruſtra. Nam hec exterior con
ſolatio interioris ⁊ diuine conſolationis nō modicuȝ
detrimentum eſt. Ideo vigilandum eſt ⁊ orandum:
ne tempus ocioſe tranſeat. Si loqui licet et expedit
que edificabilia ſunt loquere. Malus vſus ⁊ negli
gētia profectus noſtri multum facit ad incuſtodiam
oris noſtri. Iuuat tamen non parū ad profectuȝ ſpi
ritualem deuota ſpiritualiuȝ rerum collatio maxime

vbi pares animo et ſpiritu in deo ſibi ſociantur.

## ¶ De pace acquirenda ⁊ zelo proficiendi. ¶ Ca. xi.

Multam poſſemus pacem habere: ſi nō vellemus nos cum aliorū dictis et factis que ad noſtram curā non ſpectant occupare. Quomodo poteſt ille diu ī pace manere qui alienis curis ſe intermiſcet: qui occaſiones forinſec⁹ querit: qui parū vel raro ſe intrinſecus colligit. Beati ſimplices quoniā multā pacem habebunt. Quare quidam ſanctorū tam perfecti et cōtēplatiui fuerunt. Quia omnino ſeipſos mortificare ab omibus terrenis deſideriis ſtuduerūt ⁊ ideo totis medullis cordis deo inherere atqꝫ libere ſibi vacare potuerūt. Nos quidem nimiū occupamur propriis paſſionibus: et de tranſitoriis nimis ſollicitamur. Raro etiā vnuꝫ vitium ꝑfecte vincimus: et ad quotidianū profectū non accēdimur: ideo frigidi et tepidi remanem⁹. Si eſſemus nobiſipſis perfecte mortui: ⁊ interi⁹ minime implicati: tunc poſſem⁹ etiam diuina ſapere et de celeſti cōtēplatione aliquid experiri. Totū ⁊ maximū impedimētum eſt: quia non ſumus a paſſion b⁹ ⁊ cōcupiſcentiis liberi: nec perfectā ſanctorū viam conamur ingredi. Quādo etiam modicū aduerſitatis occurrit: nimis cito deiicimur: ⁊ ad humanas conſolationes ꝯuertimur. Si niteremur ſicut viri fortes ſta

re in prelio profecto auxiliũ dñi videremꝰ ſup nos de celo. Ipſe enĩ certãtes et de gratia ſua ſperantes paratus eſt adiuuare: qui nobis certãdi occaſiones ꝓcurat: vt vincamꝰ. Si tm̃ in iſtis exterioribꝰ obſeruantiis ꝑfectũ religionis ponimꝰ cito finẽ habebit deuotio noſtra. Sed ad radicẽ ſecurim ponamꝰ: vt purgati a paſſionibꝰ pacificã mentẽ poſſideamꝰ. Si omĩ ãno vnũ vitiũ extirparemꝰ: cito viri ꝑfecti efficeremur. Sed mõ ecõtrario ſepe ſentimꝰ: vt meliores et puriores ĩ initio cõuerſionis nos fuiſſe inueniamꝰ: q̃ poſt multos ãnos ꝓfeſſionis. Feruor ⁊ ꝑfectꝰ noſter quotidie deberet creſcere: ſ; nũc ꝓ magno videt̃ ſi quis primi feruoris partẽ poſſet retinere. Si modicã violentiã faceremꝰ ĩ ꝓncipio tũc poſtea cũcta poſſemus facere cũ leuitate et gaudio. Graue ẽ aſſueta dimittere ſ; grauiꝰ ẽ cõtra ꝓpriã voluntatẽ ire. Sed ſi nõ vincis ꝑua ⁊ leuia: qñ ſuperabis difficiliora. Reſiſte in ꝓncipio iclinatõi tue et malã deſiſte cõſuetudinẽ ne forte paulatĩ ad maiorẽ te ducat difficultatẽ. O ſi aduerteres quãtã tibi pacẽ et aliis leticiã faceres teipm̃ bñ habẽdo: puto ꝙ ſollicitior eſſes ad ſpũalem ꝑfectum.

## De vtilitate aduerſitatis. Capitu. xii.

Bonũ eſt nobis ꝙ aliqñ habemꝰ aliquas grauitates et ꝯtrarietates: q2 ſepe hoĩez ad cor reuocãt quatenꝰ ſe ĩ exilio eſſe cognoſcat: nec ſpẽ

ſuā in aliqua re mūdi ponat. Bonū eſt q̄ patiamur quādoqȝ ↄtradictores ⁊ q̄ male ⁊ īmperfecte de nobis ſentiat̄ etiā ſi bene agimus ⁊ intendimus. Iſta ſepe iuuant ad humilitatē: ⁊ a vana gloria nos defendunt. Tunc enī melius interiorē teſtē deū querimus qn̄ foris vilipendimur ab hominibus: ⁊ nō bene nobis creditur. Ideo deberet ſe homo in deo totaliter firmare: vt nō eſſet ei neceſſe multas cōſolationes querere. Quādo homo bone voluntatis tribulatur vel tentatur aut malis cogitationib⁹ affligit̄: tunc deū ſibi magis neceſſariū intelligit ſine quo nihil boni ſe poſſe deprehendit. Tunc etiā triſtat̄: gemit ⁊ orat ꝓ miſerijs quas patit̄. Tunc tedet eū diutius viuere: mortem optat inuenire: vt poſſit diſſolui ⁊ cum xp̄o eſſe. Tunc etiā bene aduertit ꝑfectam ſecuritatem ⁊ plenam pacem in mundo non poſſe conſtare.

## De tentationib⁹ reſiſtēdis Capi. xiii.

Quādiu in mundo viuimus ſine tribulatiōe ⁊ tentatiōe eſſe nō poſſum⁹. Unde in Iob ſcriptū eſt. Tentatio eſt vita hoīs ſuper terram. Ideo vnuſquiſqȝ ſollicitus eſſe deberet circa tentationes ſuas ⁊ vigilare in orationib⁹ ne diabolus locū inueniret decipiēdi: q̄ nunq̄ dormitat ſed circuit querens quē deuoret. Nemo tam ꝑfectus eſt et ſanctus q̄ non habeat aliqn̄ tentationes ⁊ plene eis carere non

re non poſſumus. Sunt tamen tētationes homini ſe pe valde vtiles: licet moleſte ſint ⁊ graues: qꝛ in illis homo humiliat̃ purgat̃ ⁊ erudit̃. Oēs ſancti ꝑ multas tribulationes ⁊ tētationes tranſierūt et ꝓfecerūt. Et q bene tentationes ſuſtinere nequerunt: reprobi facti ſunt ⁊ defecerunt. Nō eſt aliquis ordo tam ſanctus nec locus tam ſecretus: vbi non ſint tentatōnes vel aduerſitates. Non eſt homo ſecurus a tentatiōibus totaliter q̄diu vixerit: qꝛ in nobis eſt vnde tētamur ex quo in concupiſcentia nati ſumus. Vna tentatione ſeu tribulatiōe recedēte alia ſuꝑuenit: ⁊ ſemper aliquid ad patiendū habebim⁹. Nam bonū felicitatis noſtre ꝑdidimus. Multi querunt tētationes fugere ⁊ grauius incidunt in eas. Per ſolā fugā nō poſſumus vincere: ſed ꝑ patientiā ⁊ verā humilitatem oībus hoſtibus efficimur fortiores. Qui tantūmodo exterius declinat nec radicē euellit parū proficiet: imo citius ad eū tentationes redièt ⁊ peius ſentiet. Paulatim ⁊ per pacientiā cū lōganimitate deo iuuāte melius ſuꝑabis: q̄ cū duritia ⁊ importunitate ꝓpria. Sepius accipe cōſiliū in tētatione: ⁊ cū tentato noli duriter agere: ſed cōſolationē ingere ſicut tibi optares fieri. Initiū oīum malarū tentationū incōſtantia animi ⁊ parua ad deū confidentia: qꝛ ſicut nauis ſine gubernaculo hincinde a fluctibus impellitur ita homo remiſſus ⁊ ſuū ꝓpoſitū deſerens varie tentatur. Ignis ꝓbat ferrū: ⁊ tentatio hoīez iuſtū. Neſcimus ſepe quid poſſumus: ſed tentatio aperit quid ſumus. Vigilandum eſt tamen precipue circa initiū

tentationis: quia tūc facilius hoſtis vincitur: ſi oſtiū
mentis nullatenus intrare ſinitur: ſʒ extra limē ſtatiʒ
vt pulſauerit illi obuiatur. Unde quidā dixit. Prin
cipiis obſta: ſero medicina parat̄. Cum mala ꝑ lon-
gas cōualuere moras. Nam primo occurrit menti
ſimplex cogitatio: deide fortis imaginatio: poſtea de
lectatio ꝛ motus prauus ꝛ aſſenſio. Sicqʒ paulatiʒ
ingreditur hoſtis malignus ex toto: duʒ illi nō reſiſti
tur in principio. Et quanto diutius qs ad reſiſtendū
torpuerit: tanto in ſe quotidie debilior fit: ꝛ hoſtis cō
tra eū potentior. Quidā in principio cōuerſionis ſue
grauiores tentationes patiuntur: quidā autēʒ in fine:
quidā vero quaſi per totā vitam ſuam male habent.
Nōnulli ſatis leuiter tentantur ſm diuine ordinatio
nis ſapientiam et equitatem: qui ſtatū ꝛ merita ho-
minuʒ penſat ꝛ cuncta ad electoꝝ ſuoꝝ ſalutē preor
dinat. Ideo non debemus deſperare cuʒ tentamur:
ſed eo feruentius deū exorare quatenus nos in omni
tribulatione dignetur adiuuare: q vtiqʒ ſm dictum
pauli talē faciet cū tentatiōe ꝓuentū: vt poſſimꝰ ſuſti
nere. Humiliemꝰ ergo aīas nr̄s ſub manu dei ī oī tē
tatione ꝛ tribulatiōe: q: humiles ſpū ſaluabit ꝛ exal
tabit. In tētationibꝰ ꝛ tribulationibꝰ ꝓbatur hō quā
tum proficit ꝛ ibi maius meritū exiſtit: ꝛ uirtꝰ meliꝰ
pateſcit. Nec magnū eſt ſi homo deuotus ſit ꝛ ferui-
dus cū grauitatem nō ſentit: ſed ſi tpe aduerſitatis pa
tienter ſe ſuſtinet: ſpes magni ꝓfectus erit. Quidam
a magnis tentationibus cuſtodiunt̄ ꝛ in paruis quo
tidianis ſepe vincūtur vt humiliati nunq̄ de ſeipſis

in magnis confidant: qui tam in modicis infirmantur.

## ¶ De temerario iudicio vitando. ¶ Capi. xiiij.

Ad teipſum oculos reflecte: ⁊ alioꝛuȝ facta caueas iudicare. In iudicando alios homo fruſtra laboꝛat: ſepius errat: ⁊ leuiter peccat. Seipſum vero iudicando et diſcutiendo ſemper fructuoſe laboꝛat. Sicut nobis res coꝛdi ē: ſic de ea frequentes iudicamus. Nam verū iudiciū ꝓpter priuatum amoꝛē faciliter perdimus. Si deus ſemꝑ eſſet pura intentio noſtri deſiderij: nō taȝ faciliter turbaremur pꝛo reſiſtentia ſenſus noſtri. Sed ſepe aliqd ab intra latet: vel etiaȝ ab extra concurrit: quod nos etiam pariter trahit. Multi occulte ſeipſos querunt in rebus quas agunt ⁊ neſciunt. Videntur etiam in bona pace ſtare. quando res pꝛo eoꝛuȝ velle fiunt et ſentire. Si autem aliter fit q̄ȝ cupiunt cito mouētur ⁊ triſtes fiunt. Propter diuerſitatem ſenſuum ⁊ opinionuȝ: ſatis frequenter oꝛiuntur diſſenſiones inter amicos ⁊ ciues: inter religioſos ⁊ deuotos. Antiqua cō ſuetudo difficulter relinquitur ⁊ vltra pꝛopriū videre nemo libēter ducitur. Si rationi tue magis innitèris vel induſtrie q̄ȝ virtuti ſubiectiue ieſu chꝛiſti: raro ⁊ tarde eris homo illuminatus: quia deꝰ vult nos ſibi ꝑfecte ſubijci: ⁊ oēȝ rōnē ꝑ inflāmatū amoꝛē trāſcendere.

## ¶ De operibus ex charitate factis. ¶ Capitulum .xv.

NOn nulla re mūdi ⁊ ꝓ nullius hoīs dilectione aliquod malū eſt faciendū: ſʒ ꝓ utilitate tm̄ indigentis opus bonū aliquādo intermittenduʒ eſt aut etiā ꝓ meliori mutandū: hoc enī facto opus bonū nō deſtruitur: ſed in melius cōmutatur. Sine charitate opus externū nichil ꝓdeſt: qcquid autē ex charitate agit quantūcūqʒ etiā paruuʒ ſit ⁊ deſpectū: totū efficitur fructuoſum. Magis ſiqdem deus penſat ex quāto quis agit: ꝙ̄ quātum qs facit. Multum facit qui multū diligit. Multum facit qui rem bene facit. Bene facit qui magis cōmunitati ꝙ̄ ſue voluntati ſeruit. Sepe videtur eſſe charitas ⁊ eſt magis carnalitas: qꝛ carnalis inclinatio: ꝓpria voluntas: ſpes retributionis: affectꝰ comoditatis raro abeſſe volunt. Qui verā ⁊ ꝑfectam charitatem habet: ī nulla re ſeipſuʒ querit: ſʒ dei ſolūmodo gloriam in omnibꝰ fieri deſiderat. Nulli etiā inuidet: qa nullum priuatū gaudiū amat: nec in ſeipſo vult gaudere: ſed in deo ſuꝑ omia bona optat beatificari. Nemini aliquid boni attribuit: ſʒ totaliter ad deū refert a quo fontaliter oīa ꝓcedunt: in quo finaliter omēs ſancti fruibiliter quieſcunt. O qui ſcintillā haberet vere charitatis: ꝑfecto omnia terrena ſentiret plena fore vanitatis.

## ¶ De ſufferentia defectuum aliorum. ¶ Capitulum.xvi.

Que homo in ſe vel in aliis emendare non valet: debet patienter ſuſtinere: donec de⁹ aliter ordinet. Cogita quia forte ſic melius ē ꝓ tua ꝓbatione ꝛ paciētia: ſine qua non ſunt multū ponderanda merita noſtra. Debes tamen ꝓ talibus impedimētis ſupplicare vt deus tibi dignetur ſubuenire ꝛ poſſis benigne portare. Siquis ſemel aut bis admonitus non acquieſcit: noli cū eo contēdere: ſed totum deo cōmitte: vt fiat voluntas eius ꝛ honor in omibus ſeruis ſuis: q ſcit bene mala in bonū cōuertere. Stude patiens eſſe in tolerando alioꝝ defectus ꝛ qualeſcunqꝫ infirmitates: qꝛ et tu multa habes q̄ ab aliis oportet tolerari. Si nō potes te talem facere qualē vis: quomodo poteris aliū habere ad tuū beneplacitū. Libenter habem⁹ alios ꝑfectos ꝛ tamē ꝓprios nō emendamus defectus. Volumus ꝙ alij ſtricte corrigantur ꝛ ipſi corrigi nolumus. Diſplicet larga alioꝝ licentia ꝛ tamen nobis nolumus negari quod petimus. Alios reſtringi ꝑ ſtatuta volumus ꝛ ipſi nullatenus patimur amplius cohiberi. Sic ergo patet q̄ꝫ raro ꝓximū ſicut noſipſos pēſamus. Si eſſent oēs perfecti: quid tunc haberemus ab aliis ꝓ deo pati. Nunc autē deus ſic ordinauit vt diſcamus alter alterius onera portare: quia nemo ſine defectu

nemo ſine onere:nemo ſibi ſufficiēs:nemo ſibi ſatis ſa-
piens:ſed oportet nos inuicē portare:inuicē conſola-
ri:pariter adiuuare inſtruere ⁊ admonere. Quante
autē virtutis quiſqʒ fuerit:meli⁹ patet occaſione ad-
uerſitatis. Occaſiones nāqʒ hoiem fragilē nō faciūt
ſed qualis ſit oſtendūt.

# De monaſtica vita. Ca. xvii.

Oportet vt diſcas teipſum in multis fran-
gere:ſi vis pacem ⁊ concordiā cū aliis tene-
re. Non eſt paruū in monaſteriis vel in cō-
gregatione habitare:⁊ ibi ſine querela conuerſari. et
vſqʒ ad mortē fidelis perſeuerare. Beatus quidem
q ibi bene vixit:⁊ feliciter conſumauit. Si vis debite
ſtare ⁊ pficere:teneas te tanq̄ exulē ⁊ pegrinuʒ ſup
terrā. Oportet te ſtultū fieri propter xp̄m.ſi vis reli-
gioſaʒ ducere vitā. Habitus ⁊ tonſura modicū cō-
ferunt:ſed mutatio moꝝ ⁊ integra mortificatio paſſi-
onuʒ verū faciūt religioſuʒ. Qui aliud q̄rit q̄ pure
deū ⁊ aīe ſue ſalutē:nō inueniet niſi tribulatiōeʒ ⁊ do-
lorem. Non poteſt etiā diu ſtare pacificus:q non ni-
titur eſſe minimus:⁊ omnib⁹ ſubiectus. Ad ſeruien-
duʒ veniſti:nō ad regenduʒ. Ad patienduʒ ⁊ laborā-
dum ſcias te vocatū nō ad ociandū vel fabulanduʒ
Hic ergo probantur homies ſicut aurum in forna-
ce. Hic nemo poteſt ſtare niſi ex toto corde ſe volue-
rit ꝑpter deum humiliare.

## ¶ De exemplis ſanctorū patrum. ¶ Capi. xviii.

Intuere ſanctorū patrū viuida exempla: in quibus vera pfectio refulſit τ religio τ videbis q̄ȝ modicū ſit τ pene nichil quod nos agimus. Heu qd eſt vita noſtra ſi illis fuerit comparata? Sancti τ amici xp̄i dn̄o ſeruierunt in fame τ ſiti. in frigore τ nuditate in labore τ fatigatione: in vigiliis τ ieiuniis. in oṙonib⁹ τ ſanctis meditatiōib⁹ in pſecutiōib⁹ τ opprobriis multis. O q̄ȝ multas τ graues tribulatiōes paſſi ſūt apoſtoli: martyres: cōfeſſores: virgines: τ reliqui oēs q chriſti veſtigia voluerūt ſequi. Nam animas ſuas in hoc mundo oderunt: ut in eternā vitā eas poſſiderent. O q̄ȝ ſtrictā τ abdicatam vitam ſancti patres in heremo duxerūt: q̄ȝ longas τ graues tentationes ptulerunt q̄ȝ frequenter ab inimico vexati ſunt: q̄ȝ crebras τ feruidas orationes deo obtulerunt: q̄ȝ rigidas abſtinentias pegerunt: q̄ȝ magnū zelū τ feruorē ad ſpiritualē pfectū habuerūt q̄ȝ forte bellū aduerſus edomationē vitioꝝ geſſerunt q̄ȝ purā τ rectā intentionē ad deum tenuerunt. Per diem laborabant/ τ noctibus orationi diuine vacabant: q̄ȝq̄ȝ laborando ab orōne mentali minime ceſſarent. Omne tempus vtiliter expendebant omnis hora ad vacandum deo breuis videbatur: et pre magna dulcedine contemplationis etiam obliuioni

tradebatur neceſſitas corporalis refectionis. Omni bus diuitiis: dignitatibus: honoribus: amicis: et co- gnatis renunciabāt nil de mūdo habere cupiebant: vix neceſſaria vite ſumebāt: corpori ſeruire etiaʒ in neceſſitate dolebāt. Pauperes igitur erāt: rebus ter renis: ſed diuites valde in gratia et virtutibꝰ. Foris egebāt: ſed intus gratia et ꝯſolatione diuina reficiebā tur. Mūdo erant alieni: ſed deo proximi ac familia res amici. Sibiipſis videbātur tanq̄ʒ nichili et huic mundo deſpecti: ſed erant in oculis dei precioſi et ele cti. In vera humilitate ſtabant: in ſimplici obedien tia viuebant: in charitate et patiētia ambulabant: et ideo quotidie in ſpiritu proficiebāt: et magnā apud deum gratiam obtinebāt. Dati ſunt in exemplū om nibus religioſis: et plus ꝓuocare nos debēt ad bene proficiendum: q̄ʒ tepidorū numerus ad relaxādum. O quātus feruor: omniū religioſorū in p̄cipio ſue ſancte inſtitutionis fuit. O quanta deuotio oronis: quāta emulatio virtutis: q̄ʒ magna diſciplina viguit quāta reuerētia et obedientia ſub regula magiſtri in omibus effloruit. Teſtanꝰ adhuc veſtigia derelicta q̄ vere viri ſancti et pfecti fuerunt qui tam ſtrenue militātes mūdum ſuppeditauerūt. Iam magnꝰ pu tatur ſi quis tranſgreſſor non fuerit: ſi quis quod ac- cepit cum patientia tolerare potuerit. Ob teporis et negligētie ſtatus noſtri q̄ tam cito declinamꝰ a priſti no feruore: et iam tedet viuere pre laſſitudine ⁊ tepo re. Utinam in te penitꝰ non dormitet. ꝑfectus vir- tutum: qui multa ſepius exempla vidiſti deuotoruʒ.

## ¶ De exercitiis boni reli-
## gioſi. ¶ Capitulum .xix.

Vita boni religioſi omnibus virtutibus pol-
lere debet: vt ſit talis interius: qualis vide
tur hominibus exterius. Et merito multo
plus debet eſſe intus: q̄ quod cernitur foris: quia in
ſpector noſter eſt deus: quē ſūmopere reuereri debe
mus vbicūq; fuerimus et tanq̄ angeli in conſpectu
eius mundi incedere. Omni die renouare debemus
propoſitū noſtrū ⁊ ad feruorē nos excitare quaſi ho
die primū ad conuerſionē veniſſem⁹ atq; dicere. Ad
iuua me dn̄e deus meus in bono propoſito ⁊ ſancto
ſeruitio tuo: et da michi nūc hodie ꝑfecte icipere: q
nichil eſt quod hacten⁹ feci. Secundū propoſitū no
ſtrum curſus profect⁹ noſtri ⁊ multa diligētia opus
eſt bene proficere volēti. q̄ ſi fortiter proponens ſepe
defficit: quid ille qui raro aut minus fixe aliquid ꝓ
ponit. Variis tamē modis cōtingit deſertio ꝓpoſiti
noſtri: et leuis omiſſio exercitiorū: vix ſine aliquo di
ſpendio tranſit. Iuſtorū propoſitū in gratia dei poti⁹
q̄ in propria ſapiētia pendet: in quo ⁊ ſemꝑ confidūt
quicquid arripiūt. Nam homo ꝓponit ſed deus diſ
ponit: nec eſt in homie via ei⁹. Si pietatis cauſa aut
fraterne vtilitatis ꝓpoſito quādoq; conſuetū omitti
tur exercitium: facile poſtea poterit recuperari. Si
autem tedio animi aut negligētia faciliter relinquit:

ſatis culpabile ē et nociuū ſentiet᷑. Conemur quātū
poſſum⁹: adhuc leuiter deficiem⁹ i multis. Sēper tñ
aliqd certi proponēdū eſt ⁊ illa p̄cipue q̄ ampli⁹ nos
īpediūt. Exteriora nr̄a et īteriora pariter nobis ſcru
tāda ſūt et ordināda: q2 vtraqȝ expediūt ad ꝓfectū.
Si nō cōtinue te vales colligere ſaltē interdū: et ad
min⁹ ſemel ī die: mane videlȝ aut veſpe. Mane pro
pone: veſpe diſcute mores tuos qualis hodie fuiſti ī
verbo ope et cogitatione: q2 in his ſepi⁹ forſitā deuȝ
offēdiſti et ꝓximū. Accinge te ſicut vir cōtra diabolī
cas neqtias: frena gulā et oēm carnis inclinationē fa
cili⁹ frenabis. Nūq̄ȝ ſis ex toto ocioſ⁹: ſed aut legēs
aut ſcribēs aut orās aut meditās aut aliqd vtilitatis
pro cōmuni laborās. Corpalia exercitia diſcrete ſūt
agēda: nec omibus equaliter aſſumēda. Que cōmu
nia nō ſūt: nō ſūt foris oſtendēda: nā in ſecreto tuti⁹
exercent᷑ priuata. Cauendū tamen ne piger ſis ad cō
munia et ad ſingularia promptior: ſed expletis ītegre
et fideliter debitis et iniūctis: ſi iam vltra vacat: red
de te tibi ꝓut deuotio tua deſiderat. Non poſſūt oēs
habere vnū exercitiū: ſed aliud iſti: aliud illi magis
deſeruit. Etiā pro tempoꝝ cōgruētia diuerſa placēt
exercitia quia alia in feſtis: alia in feriatis magis ſa
piunt dieb⁹. Aliis indigem⁹ tēpore tētationis: et aliis
tēpore pacis et quietis. Alia cū triſtamur libet cogi
tare: et alia cū leti in dn̄o fuerim⁹. Circa pricipalia
feſta renouāda ſūt bona exercitia et ſanctorū ſuffra
gia feruētius implorāda. De feſto in feſtū ꝓponere
debemus quaſi tunc de hoc ſeculo migraturi ſum⁹

et ad eternū feſtū ꝑuenturi. Ideoq; ſollicite nos p̄
parare debemꝰ in deuotis tēporibus et deuotiꝰ con
uerſari atq; omnē obſeruātiā ſtrictiꝰ cuſtodire tāq̄
in breui premiū laboris noſtri a deo ꝑcepturi. Et ſi
dilatū fuerit credamꝰ nos minꝰ bene p̄paratos atq;
indignos tāte adhuc glorie q̄ reuelabit̄ ī nobis tp̄e p̄fi
nito: et ſtudeamꝰ nos meliꝰ ad exitū p̄parare. Btūs
ſeruꝰ ait euāgeliſta lucas quē cū venerit dñs inuenerit
vigilātē. Amē dico vobis ſup oīa bona ſua ꝯſtituet
eum.

## De amare ſollitudīs ⁊ ſilē tii. Ca. xx°

Quere aptū tempus vacādi tibi: ⁊ de bene
ficiis dei frequēter cogita. Relinq̄ curioſa
Tales ꝑlege materias q̄ cōpūctionē magis
p̄ſtant q̄ occupationē. Si te ſubtraxeris a ſup̄fluis
locutionibꝰ et ocioſis circuitionibꝰ: necnō a nouita
tibus et rumoribꝰ audiēdis: īuenies tp̄s ſufficiēs et
aptū ꝓ bonis meditationibꝰ inſiſtēdis Maximi ſā
ctoꝝ hūana ꝯſortia vbi poterāt vitabāt: ⁊ deo ī ſecre
to viuere eligebāt. Dixit q̄dā Quotiēs int̄ hoīes fui
mīor hō redij. Hoc q̄ppe ſepiꝰ experimur: q̄n diu cō
fabulamur. Faciliꝰ ē oīo tacere q̄ v̄bo nō excedere
Facilius eſt domi latere q̄ foris ſe poſſe ſufficiēter
cuſtodire. Qui igit̄ intēdit ad interiora ⁊ ſpiritualia
peruenire: oportet eum cum ieſu a turba declinare.
Nemo ſecure apparet: niſi qui libenter latet. Nemo

ſecure preeſt:niſi qui libēter ſubeſt. Nemo ſecure p̄/
cipit niſi q libenter obedire didicit. Nemo ſecure gau
det:niſi qui bone conſciētie teſtimoniū habet. Nemo
ſecure loquit̄:niſi qui libēter tacet. Semꝑ tamen ſā/
ctoꝝ ſecuritas plena timoris dei extitit. Nec eo mi
nus ſollicitꝰ ꝛ humiles in ſe fuerūt:quia magnis vir
tutibus ꝛ gratia emicuerūt. Prauoꝝ autē ſecuritas
ex ſupbia et preſūptione oritur:et in fine in deceptio/
nem ſui vertit̄. Nunq̄ promittas tibi ſecuritatē in
hac vita:q̄uis bonꝰ videaris zenobita aut deuotus
heremita. Sepe meliores in eſtimatione hominum
grauius periclitati ſunt propter ſuā nimiā confiden
tiam. Unde multis vtilius eſt vt non penitꝰ tentatio
nibus careāt ſed ſepius impugnētur:ne nimiū ſecuri
ſint:ne forte in ſuperbiā eleuētur: ne etiam ad exteri
ores cōſolationes licentius declinent. O qui nunq̄
tranſitoriā leticiā quereret:qui nunq̄ cum mundo ſe
occuparet:q̄ bonā conſcientiā ſeruaret. O qui om
nem vanā ſollicitudinē amputaret:ꝛ dūtaxat ſaluta
ria ac diuina cogitaret:et totā ſpem ſuā in deo cōſti/
tueret. q̄ magnā pacē et quietē poſſideret. Nemo di
gnus eſt celeſti ꝯſolatione:niſi diligēter ſe exercuerit
in ſancta compūctione. Si vis cordetenꝰ cōpungi:
intra cubile tuū ꝛ exclude tumultus mūdi:ſicut ſcrip
tum eſt. In cubilibꝰ veſtris compūgimini. In cel/
la inuenies quod deforis ſepius amittes. Cella conti
nuata dulceſcit:ꝛ male cuſtodita tediū generat. Si in
principio cōuerſionis tue bene eam incolueris:et cu/
ſtodieris:erit tibi poſtea dilecta amica et gratiſſimuꝫ

ſolatiū. In ſilētio et quiete proficit aīa deuota et diſcit abſcōdita ſcripturaꝝ: ibi inuenit fluēta lachrimarum: quibus ſingulis noctibus ſe lauet et mūdet: vt conditori ſuo tanto familiarior fiat quanto longius ab omni ſeculari tumultu degit. Qui ergo ſe abſtrahit a notis et amicis appropinquabit illi deus cū angelis ſanctis. Melius eſt latere et ſui curā agere ꝙ ſe neglecto ſigna facere. Laudabile eſt homini religioſo raro foras ire: fugere videri: nolle etiā homines videre. Quid vis videre: quod nō licet habere. Trāſit mūdus et concupiſcētia eius. Trahunt deſideria ſēſualitatis ad ſpaciandū: ſed cū hora trāſierit: quid niſi grauitatē conſciētie: et cordis diſperſionē importas: Letus exitus triſtē ſepe reditū parit: et leta vigilia ſerotina triſte mane facit. Sic omne carnale gaudium blāde intrat: ſed in fine mordet et pimit. Quid potes alibi videre quod hic nō vides: Ecce celuꝫ et terrā et oīa alemēta: nam ex iſtis oīa ſunt facta. Quid potes alicubi videre: qđ diu poteſt ſub ſole permanere: Credis te forſitā ſatiari: ſed non poteris pertingere. Si cuncta videres pſētia: quid eſſet niſi viſio vana: Leua oculos tuos ad deū excelſis: et ora pro pctīs tuis et negligētiis. Dimitte vana vanis tu aūt intēde illis ꝗ tibi pcepit deus. Claude ſup te oſtium tuū: et voca ad te ieſū dilectū tuū. Mane cū eo in cella: quia nō inuenies alibi tantā pacē. Si nō exiſſes: nec quicꝙ de rumorib⁹ audiſſes: meli⁹ in bona pace permāſiſſes: ex quo noua delectat aliqn̄ audire: oportet te exinde turbationē cordis tollerare

## ¶ De compunctione cordis
## ¶ Capitulum .xxi.

SI vis aliquid pficere pſerua te in timore dei: ⁊ noli eſſe nimis liber ſed ſub diſciplina cohibe omēs ſenſus tuos: nec inepte te tradas leticie. Da te ad cordis compunctionē: et inuenies deuotionē. Compūctio multa bona aperit: que diſſolutio cito pdere cōſueuit. Mirum eſt q̄ homo poſſit vnq̄ pfecte letari in hac vita qui ſuū exiliū et tam multa pericula aīe ſue cōſiderat et pēſat. Propter leuitatē cordis et negligentiā defectuū noſtrorū nō ſentim⁹ aīe noſtre dolores ſed ſepe vane ridemus qn̄ merito flere deberem⁹. Nō eſt vera libertas nec bona leticia niſi in timore dei cū bona conſciētia. Felix qui abiicere poteſt omē impedimentū diſtractōis et ad vnionē ſe redigere ſancte compūctionis. Felix qui a ſe abdicat quicq̄d cōſcientiā ſuā maculare poteſt vel grauare. Certa viriliter cōſuetudo cōſuetudine vincit. Si tu ſcis homīes dimittere ipi te dimittent tua facta facere. Nō attrahas tibi res aliorūz nec te īplices cauſis maiorū. Habe ſup oculū ſup te primū: et admoneas teipm ſpecialr̄ pre oībus tibi dilectis. Si nō habes fauorē hoīm noli ex hoc triſtari ſed hoc ſit tibi graue qz non habes te ſatis bene: et circūſpecte ſicut deceret dei ſeruū ⁊ deuotū religioſū cōuerſari. Utili⁹ eſt ſepe et ſecuri⁹ q̄ homo nō ha

beat multas cōſolationes in hac vita ſcdm carnē p̄cipue tñ ꝙ diuinas nō habem⁹: aut rarius ſentim⁹: nos in culpa ſum⁹ q꞉ cōpunctionē cordis non querimus nec vanas et externas oīno abiicim⁹. Cognoſce te indignū diuina cōſolatione ſed magis dignū multa tribulatōe. Quādo homo pfecte eſt cōpūct⁹ tūc grauis et amar⁹ eſt ei totus mūdus. Bon⁹ hō ſufficientē inuenit materiā dolēdi et flēdi. Siue enī ſe cōſiderat ſiue de proximo pēſat: ſcit q꞉ nemo ſine tribulatione hic viuit. Et quāto ſtricti⁹ ſeſe cōſiderat: tāto ampli⁹ dolet materie iuſti doloris et interne cōpunctionis ſunt pctā ⁊ vitia noſtra: qbus ita inuoluti iacem⁹ vt raro celeſtia contēplari valeamus. Si frequentius de morte tua ꝙ̄ de longitudine vite tue cogitares. non dubium qui feruentius te emēdares. Si etiam futuras inferni ſiue purgatorij penas cordialiter ppenderes: credo ꝙ libēter laborē ⁊ dolorē ſuſtineres et nichil rigoris formidares. Sed quia ad cor iſta nō trāſeunt: ⁊ blandimēta adhuc amam⁹ ideo frigidi et valde pigri remanem⁹. Sepe eſt inopia ſpūs vnde tā leuiter conqritur miſerum corpus. Ora igit humiliter ad dñm: vt det tibi cōpūctionis ſpm ⁊ dic cū propheta. Ciba me dñe pane lacrimaꝝ et potū da michi in lachrymis in menſura

## ¶ De conſideratione humane miſerie. ¶ Ca. xxij.

MIſer es vbicūq; fueris ꝛ quocūq; te ver-
teris:niſi ad deū te ꝯuertas. Quid turbaris
quia non ſuccedit tibi ſicut vis et deſideras
quis eſt qui habet oīa ſm̄ ſuam voluntatem. Nec
ego nec tu:nec aliquis hominū ſuper terraz. Nemo
eſt in mundo ſine aliqua tribulatiōe vel anguſtia:q̄uis
nis rex ſit vel papa. Quis eſt qui melius habet vti
q; qui ꝓ deo aliquid pati valet. Dicunt multi imbe-
cilles ꝛ infirmi. Ecce q̄ bonā vitam ille homo ha-
bet q̄ diues q̄ potēs q̄ excelſus q̄ magnus ꝛ q̄ pul
cher. Sed attende ad celeſtia bona ꝛ videbis ꝙ oīa
iſta tēporalia nulla ſunt:ſed valde incerta ꝛ magis
grauātia:quia nunq̄ ſine ſollicitudine ꝛ timore poſ-
ſidenť. Non eſt hoīs felicitas habere tp̄alia ad abū-
dantiam:ſ; ſufficit ei mediocritas. Vere miſeria eſt
viuere ſuper terraz. Quāto homo voluerit eſſe ſpi-
ritualior:tanto preſens vita fit ei amarior: q2 ſentit
melius:et videt clarius humane corruptionis defe-
ctus. Nam comedere bibere:vigilare:dormire:quie
ſcere:laborare:ꝛ ceteris neceſſitatibus nature ſubia-
cere:vere magna miſeria eſt ꝛ afflictio homini deuo
to:qui libenter eſſet abſolutus ꝛ liber ab omni pec-
cato. Valde eni grauatur interior homo neceſſitati-
bus corporalibus in hoc mundo. Vnde ꝓpheta de
uote rogat quatenꝰ liber ab iſtis eſſe valeat dicens:
De neceſſitatibus meis erue me dn̄e. S; ve non co-
gnoſcentibus ſuam miſeriā ꝛ amplius ve illis q dili-
gunt hanc miſerā ꝛ corruptibilē vitā. Nam in tantū
quidam hanc amplectunť. licet etiā vix neceſſaria la

borando aut meditando habeāt vt ſi hoc poſſent ſē-
per viuere de regno dei nichil curarent. O inſani et
infideles corde: q̄ tam ꝓfunde in terris iacent: vt nil
niſi carnalia ſapiant. Sed miſeri adhuc in fine graui
ter ſentiēt: q̄ꝫ vile ⁊ nichilū erat quod amauerūt. Sā
cti aūt dei et omēs deuoti amici xp̄i nō attenderunt q̄
carni placuerunt: nec q̄ in hoc tēpore floruerūt: ſꝫ to
ta ſpes eoꝝ ⁊ intentio ad eterna bona anhelabat: fe-
rebat̄ totū deſideriū eoꝝ ad manſura ⁊ inuiſibilia: ne
amore viſibiliū traherent̄ ad infima. Noli frater a-
mittere cōfidentiā ꝓficiēdi ad ſpūalia: adhuc habes
tēpus ⁊ horaꝫ. Quare vis ꝓcraſtinare ꝓpoſitū tuū:
Surge ⁊ in inſtanti incipe ⁊ dic: Nunc tēpus eſt fa-
ciēdi: nunc tēpus eſt pugnādi: nūc tēpus aptū ē emen
dandi. Qn̄ male habes ⁊ tribularis tūc tēpus eſt ꝓ
merendi. Oportet te trāſire ꝑ ignē ⁊ aquā anteq̄ꝫ ve
nias in refrigeriū. Niſi tibi vim feceris: vitiū nō ſupa
bis: q̄ꝫdiu iſtud fragile corpus gerim⁹ ſine pctō eē nō
poſſumus: nec ſine tedio ⁊ dolore viuere. Libēter ha
berem⁹ ab oī miſeria q̄etem: ſꝫ q2 per pct̄m ꝑdidim⁹
innocentiā amiſimus etiā verā beatitudinē. Ideo o-
portet nos tenere patientiā ⁊ dei expectare miāꝫ: do
nec tranſeat iniquitas hec: ⁊ mortalitas abſorbeatur
a vita. O q̄ꝫta fragilitas humana q̄ ſemꝑ ꝓna eſt ad
vitia. Hodie cōfiteris peccata tua: ⁊ cras iterū ꝑpe-
tras ꝯfeſſa. Nūc ꝓponis cauere: ⁊ poſt horam agis
quaſi nichil ꝓpoſuiſſes. Merito ergo noſipſos hu-
miliare poſſumus nec vnq̄ꝫ aliq̄d magni de nobis ſē
tire: q2 tā fragiles ⁊ inſtabiles ſumus. Cito etiaꝫ pōt

perdi p negligentiã: quod multo labore vix tandẽ ac
quiſituȝ eſt per grãm. Quid fiet de nobis adhuc in fi
ne: ꝗ tepeſcimus tam mane? De nobis ſi ſic volum⁹
declinare ad quietē: quaſi iam pax ſit ⁊ ſecuritas cū
necdū appareat veſtigiū vere ſanctitatis in nr̄a ꝯuer
ſatione. Bene opus eſſet quod adhuc iterū inſtitue/
remur tanꝗ boni novicij ad mores optimos ſi forte
ſpes eſſet de aliqua futura emēdatiōe: ⁊ maiori ſpū/
ali ꝓfectu.

## De meditatione mortis.

## Ca. xxiii.

Valde cito erit tecum hoc factū. Videaliter
quomodo te habeas: hodie hō eſt: ⁊ cras
nō cōparet. Cū aūt ſublatus fuerit ab ocu
lis: cito etiā trāſit a mēte. O hebetudo ⁊ duricia cor/
dis humani ꝙ ſolū pn̄tia meditatur: ⁊ futura nō ma/
gis ꝓuidet. Sic te i omni facto ⁊ cogitatu deberes te
nere: quaſi ſtatim eſſes moriturus. Si bonā ꝯſcientiā
haberes: nō multū mortem timeres. Meli⁹ eſſet pec
cata cauere: ꝗ mortē fugere. Si hodie nō es parat⁹:
quomodo cras eris? Cras eſt dies incerta: ⁊ ꝗd ſcis ſi
craſtinū habebis? Quid ꝓdeſt diu viuere qn̄ taȝ pa
rum emendamur? Ah longa vita nō ſemper emēdat:
ſed ſepe culpā magis auget. Vtinā p vnā diē bene eſ/
ſemus cōuerſati in hoc mundo. Multi annos cōpu/
tant cōuerſionis: ſed ſepe paruus eſt fructus emenda

ctionis. Si formidoloſuʒ eſt mori: forſitā ꝑiculoſiꝰ eſt
diutius viuere. Btūs q horā mortis ſue ſemꝑ an̄ ocu
los hꝫ ⁊ ad moriendū quotidie ſe diſponit. Si vidiſti
aliqn̄ hoīeʒ mori: cogita qꝛ ⁊ tu ꝑ eandē viā trāſibis.
Cum mane fuerit/puta te ad veſꝑuʒ nō ꝑuēturū. Ve
ſpere autē facto mane nō audeas tibi polliceri. Sēꝑ
ergo paratus eſto ⁊ taliter viue/vt nūqꝫ te imꝑatum
mors inueniat. Multi ſubito ⁊ improuiſe moriunť.
nā hora qua nō putať/filiꝰ hoīs venturꝰ eſt. Qñ illa
extrema hora venerit/multū aliter ſentire icipies de
tota vita tua p̄terita, ⁊ valde dolebis ꝙ tā negligens
⁊ remiſſus fuiſti. Qꝫ felix et prudens q talis nūc nitiť
eſſe in vita/qualis optat inueniri in morte. Dabit nā
qꝫ magnā ꝯfidentiā feliciter moriēdi ꝑfectꝰ cōteptus
mundi/ feruēs deſideriū in virtutibꝰ ꝓficiendi/amor
diſcipline/labor pn̄ie/ꝓmptitudo obediētie/abnega-
tio ſui/ ⁊ ſupportatio cuiuſlibet aduerſitatis ꝓ amo-
re xp̄i. Multa bona potes opari dū ſanus es/ ſed in
firmatꝰ neſcio qd poteris. Pauci ex infirmitate emē
dantur/ſic ⁊ q multū ꝑegrinanť raro ſcificanť. Noli
ꝯfidere ſuꝑ amicos ⁊ ꝓximos/nec in futuris ſalutē
tuā differas. qꝛ citiꝰ obliuiſcenť tui hoīes qꝫ eſtimas.
Melius eſt nūc tēpeſtiue ꝓuidere ⁊ aliqd boni p̄mit-
tere/qꝫ ſuꝑ alioꝝ auxilio ſpare. Si nō es ꝓ teipō ſol-
licitꝰ modo/qs erit ꝓ te ſollicitꝰ in futuro. Nūc tem-
pus eſt valde precioſum/ſed ꝓh dolor ꝙ hoc inuti
lius expendis/in quo promereris vales vnde eter-
naliter viuas. Veniet quando vnuʒ diem ſeu horaꝫ
ꝓ emendatione deſiderabis ⁊ neſcio an impetrabis.

Eya chariſſime de quanto periculo te poteris libera re: de q̄ magno timore eripere: ſi modo ſemꝑ timora tus fueris: ⁊ de morte ſuſpectus. Stude nunc taliter viuere: vt in hora mortis valeas potius gaudere q̄ timere. Diſce nunc mori mūdo: vt tunc incipias viue re cum xpo. Diſce nunc oīa contēnere: vt tunc poſ ſis libere ad xp̄m ꝑgere. Caſtiga nunc corpus tuū ꝑ penitentiā: vt tunc valeas certam habere cōfidentiā. Ah ſtulte qd cogitas te diu victurū: cū nullū diē ha beas ſecurū? q̄ multi decepti ſunt: ⁊ inſperate de cor pore extracti. Quotiēs audiſti a dicentibus: quia il le gladio cecidit: ille ſubmerſus eſt: ille ab alto ruens ceruicē fregit: ille manducando obriguit: ille ludēdo finē fecit: alius igne: alius ferro: alius peſte: ⁊ aliꝰ la trocinio periit: ⁊ ſic oīum finis mors eſt: ⁊ vita hoīm tanq̄ vmbra ſubito ꝑtranſit. Quis memorabit tui poſt mortē et quis orabit ꝓ te? Age age nunc chariſ ſime qcquid agere potes: quia neſcis qn̄ morieris: ne ſcis etiā qd tibi poſt mortē ſequet̄. Dū tēpus habes cōgrega tibi diuitias immortales. Preter ſalutē tuā nichil cogites: ſolū q̄ dei ſunt cures. Fac nunc tibi a micos venerando dei ſanctos: ⁊ eoꝝ actus imitādo vt cū defeceris in hac vita illi te recipiāt in eterna ta bernacula. Serua te tanq̄ ꝑegrinū ⁊ hoſpitē ſuꝑ ter ram: ad quē nichil ſpectat de mūdi negotiis. Serua cor liberū ⁊ ad deū ſurſum erectū: q2 non habes hic manentem ciuitatē. Illuc ꝑces ⁊ gemitus quotidia nos cum lachrymis dirige: vt ſpiritus tuus merear̄ poſt mortem ad dn̄m feliciter tranſire. Amen.

# De iudicio et penis pecca torum. Ca. xxiiii.

i

In omnibus rebus reſpice finem: ⁊ qualiter
ante diſtrictū iudicē ſtabis cui nichil eſt oc
cultum: qui muneribus non placat: nec ex-
cuſatiões recipit: ſed quod iuſtū eſt iudicabit. O mi
ſerrime ⁊ inſipiens peccator ꝗd rn̄debis deo: oīa ma-
la tua ſciēti: ꝗ interdū formidas vultū hoīs irati. Ut
quid non preuides tibi in die iudicij: quādo nemo po
terit ꝑ aliū excuſari vel defendi: ſed vnuſquiſq3 ſuffi
ciens onus erit ſibiipſi. Nunc labor tuus eſt fructuo
ſus: fletꝰ acceptabilis: gemitꝰ exaudibilis. dolor ſatiſ
factoriuſ ⁊ purgatiuꝰ. Habet magnū ⁊ ſalubre pur
gatoriū patiens homo qui ſuſcipiens iniurias plꝰ do
let de alterius malicia: ꝗ̄ de ſua iniuria: ꝗ pro ꝯtrari
antibus ſibi libēter orare ⁊ ex corde culpas indulget
qui veniā ab aliis petere nō retardat: qui facilius mi
ſeretur ꝗ̄ iraſcitur: qui ſibiipſi violentiā frequēter fa
cit ⁊ carnem ſuā oīno ſpiritui ſubiugare conat. Me-
lius eſt modo purgare peccata ⁊ vitia reſecare ꝗ̄ in
futuro purgāda reſeruare. Uere noſipſos decipimꝰ
per inordinatū amorē quē ad carnē habemꝰ. Quid
aliud ille ignis deuorabit niſi peccata tua. Quanto
amplius tibiipſi nunc parcis: ⁊ carnem ſequeris: tan
to durius poſtea lues: ⁊ maiorē materiam cōburen-
di reſeruas. In quibus homo peccauit: in illis gra-

nius punietur. Ibi accidioſi ardētibus ſtimulis pur-
gētur/ ꝛ guloſi ingenti fame ac ſiti cruciabūt. Ibi
luxurioſi ꝛ voluptatū amatores ardenti pice ꝛ fetī-
do ſulphure perfundent᷑. Et ſicut furioſi canes p̄ do-
lore inuidioſi vlulabunt. Nullū vitiū erit quod ſuū
ꝓprīū cruciatū nō habebit. Ibi ſuperbi omni cōfu-
ſione replebunt᷑: ꝛ auari miſerrima egeſtate artabun-
tur. Ibi erit vna hora grauior in pena: q̄ꝫ hic centū
anni in amariſſima penitentia. Ibi nulla requies eſt
ꝛ nulla conſolatio dānatis. Hic tamē interdū ceſſa-
tur a laboribus atqꝫ amicoꝝ fruit᷑ ſolatiis. Eſto mo-
do ſollicitus ꝛ dolens ꝑ peccatis tuis: vt in die iudi-
cij ſis ſecurus cū beatis. Tunc enī iuſti ſtabūt in ma-
gna cōſtantia aduerſus eos q̄ ſe anguſtiauerūt ꝛ de-
preſſerūt. Tunc ſtabit ad iudicandū: q̄ modo ſe ſubiī-
cit humiliter iudiciis hominū. Tunc magnā fiduciā
habebit paup̄ ꝛ humilis: ꝛ pauebit vndiqꝫ ſup̄bus:
Tunc videbit᷑ ſapiens in hoc mundo fuiſſe: q̄ ꝑ xp̄o
didicit ſtultus ꝛ deſpectꝰ eſſe. Tunc placebit omnis
tribulatio patiēter ꝑpeſſa: ꝛ omis iniquitas opilabit
os ſuū. Tunc gaudebit oīs deuotꝰ ꝛ merebit oīs ir-
religioſus. Tunc plus exultabit caro afflicta: q̄ꝫ ſi in
delitiis fuiſſet ſemp̄ nutrita. Tunc ſplendebit habi-
tus vilis: ꝛ obtenebreſcet veſtis ſubtilis: tunc plꝰ lau-
dabitur paupculū domiciliū: q̄ꝫ deauratū palatium.
Tunc plus iuuabit cōſtans patientia: q̄ꝫ oīs mundē
potētia. Tunc amplius exaltabit᷑ ſimplex obedientia
q̄ꝫ omnis ſecularis aſtutia. Tunc plꝰ letificabit pura

⁊ bona ↄſcientia q̃ꝫ docta philoſophia. Tunc plꝰ pō-
derabit contēptus diuitiarū: q̃ꝫ totus theſaurus terri
genaruꝫ. Tūc magis conſolaberis ſuper deuota ora
tione: q̃ꝫ ſuper delicata comeſtione. Tūc potius gau-
debis de ſeruato ſilētio: q̃ꝫ de longa fabulatione. Tūc
plus valebunt ſancta opera: q̃ꝫ multa pulchra ver-
ba. Tunc plus placebit ſtricta vita ⁊ ardua peniten-
tia q̃ꝫ om̄is delectatio terrena. Diſce nunc in modico
pati: vt tunc a grauioribus valeas liberari. Hic pri
mo proba quid poſſis pati poſtea. Si nūc tam parū
non vales ſuſtinere: quomodo poteris tūc eterna tor
menta ſufferre? ſi modo modica paſſio iam impatien
tem efficit: quid gehenna tunc faciet? Ecce vere non
potes duo gaudia habere: delectari hic in mundo: et
poſtea regnare in celo cum chriſto. Si vſqꝫ in hodi
ernuꝫ diem ſemper in honoribꝰ ⁊ voluptatibus vixiſ
ſes: qd totum tibi ꝓfuiſſet ſi iam in inſtanti mori con
tingeret? omnia ergo vanitas preter amare deum: et
illi ſolū ſeruire. Qui enī deū ex toto corde amat: nec
mortem nec ſuppliciū: nec iudicium nec infernuꝫ me
tuit: quia perfectus amor ſecuruꝫ acceſſum ad deuꝫ
facit. Quem autem adhuc peccare delectat non mi
rum ſi mortem ⁊ iudicium timeat. Bonum tamen
eſt: vt ſi necdum amor a malo te reuocat: saltē timor
gehennalis coherceat. Qui vero timorem dei poſt-
ponit: diu ſtare in bono nō valebit: ſed diaboli laque
os citius incurret.

## De feruenti emendatione totius vite noſtre. Ca. xxv

Eſto vigilās et diligēs in dei ſeruitio et cogita frequēter ad quid veniſti: ⁊ cur ſeculū reliquiſti. Nōne vt deo viueres: et ſpūalis homo fieres. Igit̄ ad profectū ferueas: quia mercedem laborū tuorū in breui recipies: nec erit tunc amplius timor aut dolor in finib⁹ tuis. Modicuꝫ nūc laborabis et magnā requiē: imo perpetuā leticiā inuenies. Si tu permāſeris fidelis et feruid⁹ in agendo: deus proculdubio erit fidelis et locuplex i retribuendo. Spem bonā retinere debes ꝙ ad palmam ꝑuenies ſed ſecuritatē capere nō oportet ne torpeas aut elatus fias. Cum enī ꝗdam anxi⁹ inter metū et ſpem frequēter fluctuaret et quadā vice merore cōfectus in eccleſia ante quoddā altare ſe in orōne ꝓſtrauiſſet hec inter ſe reuoluit dicēs. O ſi ſcirem ꝙ adhuc perſeueratur⁹ eſſem: ſtatimqꝫ audiuit intus diuinū reſpōſum. Quid ſi hoc ſcires facere velles? Fac nūc quod tūc facere velles et bene ſecur⁹ eris. Moxqꝫ cōſolatus et confortatus diuine ſe cōmiſit volūtati: et ceſſauit anxia fluctuatio: noluitqꝫ curioſe inueſtigare vt ſciret q̄ ſibi eſſent futura: ſed magis ſtuduit inq̄rere que eſſet volūtas dei beneplaciēs et ꝑfecta ad omē opus bonū inchoandū et perficiēdū. Spera in dn̄o et fac bonitatē ait ꝓpheta: et inha-

bita terrã et paſceris ī diuitiis eius. Vnũ eſt q̄ mul
tos a ꝓfectu et feruẽti emẽdatione retrahit: horror
difficultatis ſeu labor certaminis. Eniuero illi ma-
xime pre aliis in virtutib⁹ proficiũt qui ea q̄ ſibi ma
gis grauia et cõtraria ſũt. virtutib⁹ vincere nitunt̃.
Nam ibi homo plus ꝓficit et gratiã meret̃ amplio
rem vbi magis ſeip̄m vincit et in ſpiritu mortificat.
Sed nõ omẽs habẽt eque multũ ad vincẽdũ et mo-
riendum. Diligẽs tamen emulator valentior erit ad
proficiendũ etiam ſi plures habeat paſſiones q̄ȝ ali⁹
bene morigerat⁹: minus tamen feruẽs ad virtutes.
Duo tamẽ ſpecialiter ad magnã emendationẽ iuuãt
videlicet ſubſtrahere ſe violẽter ad quod natura vi
tioſe inclinat̃: et feruẽter inſtare pro bono q̄ ampli⁹
quis indiget. Illa etiam ſtudeas magis cauere ⁊ vi
cere: que tibi frequẽtius in aliis diſplicẽt. Vbiq; ꝓ
fectum tuũ capias: vt ſi bona exẽpla videas vel au-
dias: ad imitandũ accẽdaris. Si quid autẽ reprehẽſi
bile cõſideraueris: caue ne idẽ facias: aut ſi aliquan
do feciſti: citius emẽdare te ſtudeas. Sicut oculus
tuus alios cõſiderat: ſic iterũ ab aliis notaris. Quã
iocundũ et dulce eſt videre feruidos et deuotos fra-
tres bene morigeratos et diſciplinatos: q̄ȝ triſte eſt ⁊
graue videre inordinate ambulantes: qui ea ad que
vocati ſunt nõ exercẽt. q̄ȝ nociũ eſt negligere voca-
tionis ſue propoſitũ ⁊ ad nõ cõmiſſa ſenſũ inclina
re. Memor eſto arrepti ꝓpoſiti: et imaginẽ tibi pro-
pone crucifixi. Bene verecũdari potes īſpecta vita
iheſu xp̄i: q2 necdũ magis illi te cõformare ſtuduiſti:

licet diu in via dei fuiſti. Religioſus qui ſe intēte et
deuote in ſanctiſſima vita ⁊ paſſione dn̄i exercet: oīa
vtilia et neceſſaria ſibi: abūdāter ibi īueniet: nec opꝰ
eſt vt extra iheſū aliqd meliꝰ q̄rat. O ſi iheſꝰ cruci-
fixus ī coꝛ nr̄m veniret q̄cito et ſufficiēter docti eſſe-
mus. Religioſꝰ feruidꝰ omīa bene poꝛtat et capit q̄
illi iubētur. Religioſus negligēs et tepidꝰ habet tri-
bulationē ſup̲ tribulationē ⁊ ex omni parte patit̄ an-
guſtiā qꝛ interioꝛi cōſolatione caret: et exterioꝛē que-
rere pꝛohibet̄. Religioſꝰ extra diſciplinā viuēs gra-
ui ruine patet. Qui laxioꝛa q̄rit et remiſſioꝛa: ſemp̲ ī
anguſtiis erit qꝛ aut vnū aut reliquū ſibi diſplicebit.
Quomodo faciūt tam multi alij religioſi q̄ ſatis arti
ſunt ſub diſciplina clauſtrali. Raro exeunt: abſtra-
cte viuūt: paup̲rime comedūt: groſſe veſtiunt̄: multū
laboꝛāt: parū loquūtur: diu vigilāt: mature ſurgunt
oꝛ̄ones pꝛolongāt: frequēter legunt: ⁊ ſe in omni di-
ſciplina cuſtodiūt. Attēde carthuſienſes ciſterciēſes
et diuerſe religionis monachos ac moniales: qualit̄
omni nocte ad pſallendū dn̄o aſſurgunt. Et ideo tur-
pe eſt vt tu deberes in tam ſc̄to opere pigritare: vbi
tanta multitudo religioſoꝝ incipit deo iubilare. O
ſi nichil aliud faciendū incūberet: niſi dn̄m deū noſtꝝ
toto coꝛde et oꝛe laudare. O ſi nunq̄ȝ indigeres co-
medere nec bibere nec doꝛmire: ſed ſemp̲ poſſes deū
laudare: et ſolūmodo ſpiritualibꝰ ſtudiis vacare: tūc
multo felicioꝛ eſſes: q̄ȝ modo cū carni ex qualicūq̄ȝ
neceſſitate ſeruis. Utinā nō eſſent iſte neceſſitates: ſ
ſolūmodo ſpūales aīe refectōes: quas heu ſatis ra-

ro degustam⁹. Qñ homo ad hoc ꝑuenit q̄ de nul-
la creatura consolationē suā q̄rit. tunc ei deus primo
ꝑfecte sapere incipit: tūc etiā bene cōtent⁹ de oī euen
tu rez erit: tūc nec pro magno letabit: nec pro modi
co cōstritabit: sed ponit se integre ⁊ fiducialiter ī deo
qui est ei omīa in omibus: cui nichil vtiqȝ perit nec
morit: sed omia ei viuūt ⁊ ad nutū incūctanter deser
uiunt. Memēto sēper finis: ⁊ q꞉ perditū nō redit tp̄s
Sine sollicitudine et diligētia nunq̄ȝ acquires virtu
tes. Si incipis tepescere: īcipies male habere. Si au
tem dederis te ad feruorē: inuenies magnā pacē: ⁊ sē
ties leuiorē laborē ꝓpter dei grām et virtutis amo-
rem. Homo feruidus ⁊ diligēs ad omia est parat⁹.
Maior labor est resistere vitiis et passionib⁹ q̄ȝ cor-
poralibus insudare laboribus. Qui paruos nō vi-
tat defect⁹: paulatim labit ad maiores. Gaudebis
semꝑ vespere si diez expēdas fructuose. Vigila sup
teipsum: excita teipsum: admone teipsum: et quicq̄d
de aliis sit: nō negligas teipsum. Tantum proficies:
quantum tibiipsi vim intuleris.

Explicit liber primus.
Incipit secundus.

## De interna conuersatione. Ca. i.

r Regnū dei ītra vos eſt dicit dñs
Conuerte te ex toto corde tuo
ad dn̄m: et relinq̄ hūc miſerum
mundū et inueniet aīa tua re-
quiem. Diſce exteriora contē
dere: et ad interiora te dare: et
videbis regnū dei in te venire.
Eſt eī regnū dei pax et gaudiū
in ſpiritu ſancto: qđ nō datꝛ im
piis. Veniet ad te xp̄s oſtendēs tibi cōſolationē ſuā:
ſi dignā illi ab intus parauerís manſionē. Omīs glo
ria eius et decor ab intra eſt: et ibi cōplacet ſibi. Fre
quens illi viſitatio cū homīe interno: dulcis ſermoci
natio: grata cōſolatio: multa pax familiaritas ſtupē
da nimis. Eya aīma fidelis prepara huic ſponſo cor
tuū quatenus ad te venire et in te habitare dignetur
Sic eī dicit. Si q̄s diligit me ſermonē meū ſeruabit
et ad eū veniemꝰ: et manſionē apud eū faciemꝰ. Da
ergo xp̄o locū: et ceteris oībus nega introitū. Cū cri
ſtum habueris: diues es ⁊ ſufficit tibi. Ipſe erit pro
uiſor tuus: et fidelis ꝓcurator in omibus vt non ſit
opus tibi in homibꝰ ſperare. Homēs enī cito mutā-
tur: et deficiūt velociter: xp̄s autē manet ineternū ⁊
aſtat vſq; in finem firmiter. Non eſt magna fiducia
ponēda in homīe fragili et mortali: etiā ſi vtilis ſit et
dilectus: neq; triſticia multa capiēda ex hoc ſi inter
dum aduerſetꝛ ⁊ cōtradicat. Qui hodie tecū ſūt cras
cōtrariari poſſūt: et econuerſo ſepe vt aura vertunꝛ.
Pone totam fiduciā tuā in dño: et ſit ipſe timor tuꝰ

et amor tuus. Ipſe pro te reſpondebit et faciet bene ſicut melius fuerit. Non habes hic manētem ciuitatem: et vbicunqȝ fueris extraneus es et peregrinus: nec requiem aliquādo habebis: niſi christo intime fueris vnitus. Quid hic circūſpicis cū iſte non ſit loc⁹ tue requietionis. In celeſtibus debet eſſe habitatio tua: et ſicut in tranſitu cūcta terrena ſūt aſpiciēda: trāſeunt omia ꝛ tu cū eis pariter. Vide vt nō inhereas ne capiaris ꝛ peas. Apud altiſſimū ſit cogitatio tua ꝛ depcatio tua ad xpm ſine intermiſſione dirigat. Si neſcis alta ſpeculari ꝛ celeſtia: requieſce in paſſione xpi: et in ſacris vulnerib⁹ eius libēter habita. Si eni ad vulnera et pcioſa ſtigmata iheſu deuote cōfugis: magnā in tribulatōe confortationē ſenties nec multū curabis hoim deſpectiones: faciliterqȝ verba detrahentiū pferes. Xps fuit etiā in mūdo ab hominib⁹ deſpectus: et in maxima neceſſitate a notis et amicis inter opprobria derelict⁹. Xps pati voluit et deſpici: et tu audes de aliquo cōqueri. Xps habuit aduerſarios et oblocutores: et tu vis omēs habere amicos et bn̄factores. Vn̄ coronabit paciētia tua: ſi nil aduerſitatis occurrerit. Si nil cōtrarium vis pati: quō eris amic⁹ xpi. Suſtine te cū xpo et pro xpo ſi vis regnare cū xpo. Si ſemel pfecte introiſſes in interiora iheſu ꝛ modicū de ardēte ei⁹ amore ſapuiſſes tūc de pprio comodo vel icomodo nichil curares: ſed magis opprobrio illato gauderes: quia amor ihū facit hoiem ſeipm contēnere. Amator iheſu et verus internus et liber ab affectionib⁹ inordinatis poteſt ſe

ad deū libere conuertere et eleuare ſe ſupra ſeipm in ſpiritu ac fruitiue quieſcere. Cui ſapiūt oīa prout ſunt nō vt dicūtur aut eſtimātur: hic vere ſapiēs eſt et doctus magis a deo ꝙ̄ ab homibus. Qui ab itra ſcit ambulare et modicū res ab extra pōderare: non requirit loca. nec tēpora expectat ad habēda deuota exercitia. Homo intern⁹ cito ſe recolligit q: nūꝙ̄ ſe totū ad exteriora effundit. Non illi obeſt labor exterior aut occupatio ad tēpus neceſſaria ſed ſicut res eueniūt ſic ſe illis accōmodat. Qui itus bene diſpoſitus eſt et ordinatus: nō curat mirabiles et puerſos hoim geſtus. Tantū homo impedit et diſtrahit ꝙ̄tum ſibi res attrahit. Si recte tibi eſſet ⁊ bene purgatus eſſes. oīa tibi in bonū cederēt et profectum. Ideo multa tibi diſplicēt et ſepe conturbāt: quia adhuc nō es tibiipſi pfecte mortuus nec ſegregatus ab omibus terrenis. Nichil ſic maculat et implicat cor homis: ſicut impurus amor in creaturis. Si renuis cōſolari exterius: poteris ſpeculari celeſtia frequenter interius iubilare.

## De humili ſubmiſſione ſub prelati regimine. Ca. ii.

Non magnipēdas quis pro te vel ꝯtra te ſit ſed hoc age et cura vt de⁹ tecū ſit in omni re quā facis. Habeas cōſcientiā bonaʒ: et

deꝰ bñ te defẽſabit. Quẽ eñi adiuuare voluerit: nul
lius ꝑuerſitas nocere poterit. Si tu ſcis tacere et pa
ti: videbis ꝓculdubio dñi auxiliũ. Ipſe nouit tꝑs ⁊
modũ liberãdi te: et iõ debes te illi reſignare. Dei eſt
adiuuare et ab oĩ cõfuſione liberare. Sepe valde ꝓ
deſt ad maiorẽ humilitatẽ cõſeruandã: ꝙ defectꝰ no
ſtros alij ſciũt et redarguũt. Qñ homo ꝓ defectibꝰ
ſuis ſe humiliat: tũc faciliter alios placat: et leuiter
ſatiſfacit ſibi iraſcentibꝰ. Humilẽ deꝰ ꝓtegit et libe
rat: humilẽ diligit et cõſolať: humili hoĩ ſe inclinat:
humili largiť grãm magnã ⁊ poſt ſuã depreſſionẽ le
uat ad gloriã humili ſua ſecreta reuelat et ad ſe duli
citer trahit et iuitat. Humilis accepta cõtumelia et
cõfuſione ſatis bene ẽ in pace qꝛ ſtat in deo et nõ in
mũdo. Non reputes te aliquid profeciſſe: niſi omni
bus inferiorem te eſſe ſentias

## De bono pacifico hõie
### Ca. iii.

Pone te primo in pace: et tũc alios poteris
pacificare. Homo pacificꝰ plus ꝓdeſt ꝙ
bñ doctus. Hõ paſſionatꝰ etiã bonũ ĩ ma
lum trahit. et faciliter malũ credit. Bonꝰ pacificꝰ
hõ oĩa ad bonũ cõuertit. Qui bñ ĩ pace eſt: de nullo
ſuſpicať. q autẽ male cõtẽtꝰ ẽ et cõmotꝰ variis ſuſpi
cionibus agitať: nec ipe quieſcit: nec alios quieſcere

permittit. Dicit ſepe quod dicere nō deberet: ⁊ omit-
tit quod ſepe ſibi magis facere expediret. Conſiderat
ꝙ alii facere tenent: ⁊ negligit quod ipſe facere tenet.
Habe ergo primū zelū ſuꝑ temetipſuȝ: tunc zelare
poteris etiā iuſte ꝓximū tuū. Tu bñfacta tua ſcis ex
cuſare ⁊ tolerare: ⁊ alioꝝ non vis recipere excuſatio
nes. Juſtius eſſet ut te accuſares: ⁊ fratrē tuuȝ excu
ſares: Si portari vis: porta ⁊ aliū. Vide ꝙ̄ longe es
adhuc a vera charitate ⁊ humilitate: q̄ nulli nouit in
dignari vel iraſci niſi tm̄ ſibiipſi. Non eſt magnū cuȝ
bonis ⁊ manſuetis cōuerſari: hoc eni oībus natura-
liter placet: ⁊ vnuſqſqȝ libenter pacem habet: ⁊ ſecū
ſentientes magis diligit. Sȝ cum duris ⁊ ꝑuerſis aut
indiſciplinatis aut nobis ꝯtrariātibus pacifice poſſe
viuere: magna gratia eſt ⁊ laudabile nimis virileqȝ
factū. Sed ſunt qui ſeipſos in pace tenent: ⁊ cū aliis
etiam pacem habent. Et ſunt qui nec pacem habent
nec alios in pace dimittunt. Alii ſunt graues: ſed ſibi
ſunt ſemꝑ grauiores. Et ſunt qui ſeipſos in pace re-
tinent: ⁊ ad pacem alios reducere ſtudent: ⁊ tamen to
ta pax noſtra in hac miſeria vita poti⁹ in humili ſuf
ferentia ponenda eſt ꝙ̄ in nō ſentiendo ꝯtraria. Qui
melius ſcit pati: pacē tenebit maioreȝ. Iſte eſt victor
ſui: ⁊ dñs mundi: amicus chriſti ⁊ heres celi.

## ¶ De pura mente et ſimplici intentione. ¶ Ca. iiii.

DUabus aliis homo ſubleuat̄ a terrenis ſim
plicitate ſcil3 ⁊ puritate. Simplicitas debet
eſſe in intentione: puritas in affectiōe. Sim-
plicitas intendit deu3: puritas apprehendit ⁊ guſtat.
Nulla bona actio te impediet ſi liber intus ab oī inor
dinato affectu fueris. Si nichil aliud q̄3 dei bn̄placi-
tum ⁊ ꝓximi vtilitatē intēdis ⁊ queris: interna liber
tate frueris. Si rectū cor tuū eſſet: tunc omnis crea
tura ſpeculū vite ⁊ liber ſancte doctrine eſſet. Nō eſt
creatura tam parua ⁊ vilis q̄ bonitatē dei nō repreſē
tet. Si tu eſſes intus bonus ⁊ purꝰ: tūc oīa ſine impe
dimento videres ⁊ caperes bene. Cor purū penetrat
celū ⁊ infernū. Qualis vnuſquiſq3 intus eſt: taliter
iudicat exterius. Si eſt gaudiū in mūdo: hoc vtiq3
poſſidet puri cordis homo. Et ſi eſt alicubi tribula-
tio ⁊ anguſtia: hoc melius nouit mala cōſcientia. Si
cut ferrū miſſum in ignē amittit rubiginē ⁊ totū can-
dens efficit̄: ſic homo ad deū ſe integre conuertens a
torpore exuit̄: ⁊ in nouū hominē tranſmutat̄. Quā-
do homo incipit tepeſcere: tūc paruū metuit laborē:
⁊ libenter externā accipit cōſolationē. Sed quando
perfecte incipit ſe vincere ⁊ viriliter in via dei ambu
lare: tunc minus ea reputat: que ſibi prius grauia eſſe
ſentiebat.

## ¶ De propria conſideratione
## ¶ Capitul. v.

Non poſſumus nobiſipſis nimis credere: q2 ſepe nobis gr̄a deeſt et ſenſus. Modicū lumē eſt in nobis: ꝛ hoc cito ꝑ negligentiaꝫ amittim⁹. Sepe etiā nō aduertimus ꝙ tam ceci int⁹ ſumus. Sepe male agimus ꝛ peius excuſam⁹: ꝛ paſ ſione interdū mouemur ꝛ celū putamus. Parua in aliis reprehēdimus. ꝛ noſtra maiora ꝑtranſim⁹. Sa tis cito ſentimus ꝛ ponderamus quod ab aliis ſuſti nemus: ſed q̄tum aliis a nobis ſuſtinent nō aduerti mus: Qui bene ꝛ recte ſua ponderaret: non eſſet qđ de alio grauiter iudicaret. Intern⁹ homo ſui ipſius curam omnibus curis anteponit: ꝛ q ſibipſi diligēter intendit: faciliter de aliis tacet. Nunq̄ȝ eris internus ꝛ deuotus: niſi de alienis ſilueris: ꝛ ad teipſum ſpecia liter reſpexeris. Si tibi ꝛ deo totaliter intendis modi cum te mouebit quod foris percipis. Vbi es quādo tibiipſi preſens non es: et quando omnia percurriſti quid de neglecto profeciſti. Si debes habere pacem ꝛ vnionem veram/oportet ꝙ totum adhuc poſtpo nas ꝛ te ſolum pre oculis habeas. Multum proin de proficies ſi te feriatuꝫ ab omni temporali cura cō ſerues. Valde deficies ſi aliquid temporale reputa ueris. Nil altum nil magnū nil gratum nil acceptuꝫ tibi ſit niſi pure deuꝫ aut de deo ſit. Totū vanū eſtima q̄cquid cōſolationis occurrit de aliqua creatura. A mans deuꝫ anima ſub deo deſpicit vniuerſa. Solus deus eternus et immenſus implens omnia ſolatium eſt aie ꝛ vera cordis leticia.

## De leticia bone conſcien tie. Capituluz. vi

Gloria boni hominis teſtimoniū bone con-
ſcientie eſt. Habe bonaz conſcientiaz: ⁊ ſem-
per habebis leticiā. Bona conſcientia val-
de multa poteſt portare: ⁊ valde leta eſt inter aduer-
ſa. Mala conſcientia ſemper timida eſt ⁊ inquieta.
Suauiter requieſces: ſi te cor tuuz non reprehende-
rit. Noli letari niſi cum benefeceris. Mali nunq̄ ha-
bent veram leticiam nec internaz ſentiunt pacem: qꝛ
non eſt pax impijs dicit dñs. Et ſi dixerint: in pace ſu-
mus non venient ſuper nos mala: ⁊ quis nobis no-
cere audebit? Ne credas eis: quoniam repente exur-
get ira dei ⁊ in nichilum redigentur actus eorum: et
cogitationes eorum peribunt. Gloriari in tribulatio-
ne non eſt graue amanti: ſic eniz gloriari eſt in cruce
dñi gloriari. Breuis gloria que ab hominibus daẗ
⁊ accipitur. Mūdi gloria ſemper comitatur triſticia
Bonoꝝ gloria in cōſcientijs eorū ⁊ nō in ore homi-
nuz. Juſtoruz leticia de deo ⁊ in deo eſt: ⁊ gaudium
eorum de veritate. Qui veram ⁊ eternam gloriam
deſiderat: temporalem non curat. Et qui temporalez
querit gloriā aut nō ex aīo cōtēnit: minꝰ amare ꝓuin-
citur celeſtē. Magnaz hꝫ cordis trāquillitatē: q nec
laudes curat nec vituperia. Facile erit ꝯtentꝰ ⁊ pacatꝰ

cuius conſcientia munda eſt. Non es ſanctior ſi lau-
deris nec vilior ſi vitupereris. Quod es hoc es nec
maior dici vales q̄ȝ deo teſte ſis. Si attendis qd apud
te ſis intus: nō curabis quid de te loquant̄ hoies fo-
ris. Homo videt in facie: deus aūt in corde. Homo
cōſiderat actus: deus penſat intentiones. Bene ſem-
per agere ⁊ modicū de ſe tenere humilis aīe indiciū
eſt. Nolle cōſolari ab aliqua creatura: magne puri-
tatis et intne fiducie indiciū ē. Qui nullū extrinſecꝰ
ꝓ ſe teſtimoniū q̄rit: liquet q̄ ſe deo totaliter cōmiſit.
Non enī qui ſeipſum cōmendat ille probatus eſt ait
beatus paulus: ſed quem deus cōmendat. Ambula-
re cum deo intus nec aliqua affectione teneri foris:
ſtatus eſt interni hominis.

## De amore ieſu ſuper oīa.

## Capituluȝ. vii.

Beatus qui intelligit qd ſit amare ieſum: et
contēnere ſeipſum propter ieſum. Opor-
tet dilectuȝ ꝓ dilecto relinquere: quia ieſus
vult ſolus ſup omia amari. Dilectio creature fallax
⁊ inſtabilis: dilectio ieſu fidelis ⁊ pſeuerabilis. Qui
adheret creature cadet cū labili: qui amplectitur ie-
ſum firmabit̄ in euū. Illū dilige ⁊ amicū tene tibi q
omnibus recedentibus te non derelinquet nec patie-
tur in fine perire. Ab hominibus oportet te aliquā-

do ſeparari ſiue velis ſiue nolis. Teneas te apud ie-
ſum viuens ꝛ moriens: ꝛ illius fidelitati te committe q
omnibus deficientibus ſolus poteſt te iuuare. Dilec-
ctus tuus talis eſt nature vt alienū non velit admit
tere: ſed ſolus vult coꝛ tuum habere ꝛ tanq̄ rex in ꝑ
pꝛio thꝛono ſedere. Si ſcires te bene ab omni creatu
ra euacuare: ieſus deberet libenter tecum habitare.
Pene totū perditum inuenies: quicquid extra ieſuz
in hominibus poſueris. Non confidas nec innitaris
ſuper calamum ventoſum quia omnis caro fenuz ꝛ
omnis gloꝛia eius vt flos feni cadet. Cito decipieris
ſi ad externaz hominuz apparentiā tantū aſpexeris.
Si enim tuuz in aliis queris ſolatiū ꝛ lucruz: ſenties
ſepe detrimentū. Si queris in omnibus ieſum inueni
es vtiq3 ieſum. Si autē queris teipſuz: inuenies etiaz
teipſum: ſed ad tuaz perniciem. Plus eni͂ homo no
ciuioꝛ ſibi ſi ieſum nō querit: q̄ totus mundus ꝛ oēs
ſui aduerſarij.

## De familiari amicitia ieſu Capitulum. viii.

Quando iheſus adeſt: totum bonum eſt nec
quicq̄ difficile videtur. Quando vero ie-
ſus non adeſt totum durum eſt. Quando
ieſus intus non loquitur conſolatio vilis eſt. Si aūt
ieſus vnuz verbum loquitur tantū: magna conſola-

tio ſentitur. Nōne maria magdalena ſtatim ſurrexit de loco in quo fleuit quando martha illi dixit. Ma giſter adeſt ⁊ vocat te. Felix hora quando ieſus vo cat de lachrymis ad gaudiuꝫ ſpiritus: q̄ aridus ⁊ du rus es ſine ieſu: q̄ inſipiens ⁊ vanus ſi cupis aliquid extra ieſum. Nonne hoc eſt maius dānuꝫ q̄ ſi totum perderes mundū. Quid poteſt mundus conferre ſi ne ieſu? Eſſe ſine ieſu grauis eſt infernus: ⁊ eſſe cuꝫ ie ſu dulcis paradiſus. Si fuerit tecuꝫ ieſus: nullus po terit nocere inimicus. Qui inuenit ieſuꝫ/ inuenit the ſaurum bonū immo bonuꝫ ſuper omne bonuꝫ. Et q perdidit ieſum perdit nimis multum ⁊ plus q̄ totuꝫ munduꝫ. Pauperrimus eſt qui viuit ſine ieſu. Diti ſſimus qui bene eſt cum ieſu. Magna ars eſt ſcire cō uerſari cum ieſu ⁊ ſcire ieſum tenere magna pruden tia. Eſto humilis ⁊ pacificus ⁊ erit tecum ieſus. Sis deuotus ⁊ quietus ⁊ ꝑmanebit tecum ieſus. Potes cito fugare ieſum ⁊ gratiam eius perdere ſi volueris ad exteriora declinare. Et ſi illum effugaueris ⁊ per dideris ad quē tunc fugies? ⁊ quē tūc queres amicū. Sine amico non potes diu viuere: ⁊ ſi ieſus nō fuerit tibi pre oībus amicus/ eris nimis triſtis ⁊ deſolatus. Fatue igitur agis ſi in aliquo altero cōfidis ⁊ letaris Eligenduꝫ eſt magis totū mundū habere cōtrariuꝫ q̄ ieſum offenſuꝫ. Ex oībus ergo charis ſit ieſus dile ctus ſpecialis. Diligātur omēs ꝓpter ieſuꝫ: ieſus au teꝫ ꝓpter ſeipſuꝫ. Solus ieſus chriſtus ſingulariter eſt amandus: qui ſolus bonus ⁊ fidelis inuenitur p̄ om nibus amicis. Propter ipſum ⁊ in ipſo taꝫ amici q̄

Inimici tibi ſint chari ꝛ ꝑ omnibus his exorandus eſt
vt omnes ipſum cognoſcant ꝛ diligant. Nunq̄ȝ cupi-
as ſingulariter laudari ꝛ amari: quia hoc ſolius dei
eſt qui ſimilem ſibi non habet. Nec velis ꝙ aliquis
in corde ſuo tecum occupetur: neq; tu cū alicuius oc
cuperis amore ſed ſit ieſus in te ꝛ in omni bono ho-
mine. Eſto purus ꝛ liber ab intus ſine alicuius crea-
ture implicamento. Oportet te eſſe nuduz: ꝛ purum
cor ad ieſum gerere ſi vis vacare ꝛ videre q̄ȝ ſuauis
eſt domin⁹. Et reuera ad hoc non peruenies niſi gra
tia eius fueris preuentus ꝛ intractus: vt omnib⁹ eua
cuatis ꝛ licenciatis ſolus cum ſolo vniaris. Quan-
do enim gratia dei venit ad hominē: tūc potēs fit ad
omnia: ꝛ quādo recedit tunc pauper et infirmus erit
ꝛ quaſi tantū ad flagella relictus. In his non debes
deici nec deſperare: ſed ad voluntatē dei equanimi-
ter ſtare: ꝛ cuncta ſuperuenientia tibi ad laudem ieſu
chriſti perpeti: quia poſt hyemē ſequitur eſtas/ poſt
noctem redit dies: ꝛ poſt tempeſtatem ſerenitas ma-
gna.

## De carentia omnis ſolatii.
## Capitulum .ix.

Non eſt graue humanum contemnere ſola
tium cū adeſt diuinuz. Magnum eſt ꝛ val
de magnum tam humano q̄ȝ diuino poſſe
carere ſolatio ꝛ pro honore dei libenter exiliū cordis

velle ſuſtinere:et in nullo ſeipm̄ querere nec ad pro/
prium meritū reſpicere. Quid magni eſt ſi hilaris ſis
⁊ deuotus adueniēte gratia:optabilis cūctis hec ho
ra. Satis ſuauiter equitat: queʒ gr̄a dei portat. Et
quid mirū ſi onus nō ſentit qui portat̄ ab omīpotēte
et ducit̄ a ſūmo ductore. Libenter habem⁹ aliquid
pro ſolatio et difficulter homo exuit̄ a ſeipſo. Vicit
ſanct⁹ martir Laurētius ſeculū cum ſuo ſacerdote
quia omē quod in mūdo delectabile videbat̄ deſpe/
xit:et dei ſūmi ſacerdotē ſixtum quē maxime dilige/
bat ꝓ amore chriſti etiā a ſe tolli clemēter ferebat.
Amore igit̄ creatoris amoreʒ hoīs ſuperauit: et pro
humano ſolatio diuinū beneplacitum magis elegit.
Ita et tu aliquē neceſſariū et dilectū amicuʒ pro a/
more dei diſce relinquere. Nec grauiter feras cū ab
amico derelictus fueris: ſciens quoniā oportet nos
omnes tandē ab inuicē ſeparari. Multū ⁊ diu opor
tet hominē in ſeipſo certare:anteq̄ʒ diſcat ſeipſū ple
ne ſuperare:et totū affectū ſuū plene in deū trahere.
Quādo homo ſtat ſuper ſeipſo: facile labitur ad cō
ſolationes humanas. Sed verus xp̄i amator et ſtu/
dioſus ſectator virtutū non cadit ſuper illas cōſola
tiones nec querit tales ſenſibiles dulcedines: ſed ma
gis fortes exercitationes: et pro chriſto duros ſuſti/
nere labores. Cum igitur ſpiritualis cōſolatio a deo
datur cū gratiarū actione accipe eā: ſed dei mun⁹ in/
tellige eſſe non tuum meritū et noli extolli. Noli ni/
mium gaudere nec inaniter p̄ſumere: ſed eſto magis
humilior ex dono: cautior quoqʒ et timoratior i cū/

ctis actibus tuis quoniā tranſibit hora illa et ſequet̄ tentatio. Cum ablata fuerit cōſolatio nō ſtatim deſperes ſed cū humilitate et patientia expecta celeſteꝫ viſitationē: quia potens eſt deus ampliorē tibi redonare gratiā ⁊ conſolationē. Iſtud non eſt nouū nec alienū viam dei expertis: quia in magnis ſanctis et in antiquis prophetis fuit talis ſepe alternationis modus. Unde quidā preſente iam gratia dicebat. Ego dixi in abundātia mea nō mouebor in eternū. Abſente autē gratia quid in ſe fuerit expert⁹ adiūgit dicēs. Auertiſti faciem tuā a me et factus ſum cōturbat⁹ Inter hec tamen nequaq̄ deſperat ſed inſtanti⁹ dominum rogat et dicit. Ad te dn̄e clamabo et ad deuꝫ meum dep̄cabor. Deniqꝫ oratōis ſue fructū reportat et ſe exauditum teſtat̄ dicens. Audiuit dn̄s et miſertus eſt mei dn̄s factus eſt adiutor meus. Sed in quo? Conuertiſti inquit planctū meū in gaudiuꝫ michi et circūdediſti me leticia. Et ſi ſic actū eſt cū magnis ſanctis: non eſt deſperandum nobis infirmis et paupibus ſi interdum in frigiditate et interdū in feruore ſum⁹ qm̄ ſpūs venit ⁊ recedit ſecundū ſue volūtatis beneplacitū. Unde beatus Iob ait. Viſitas eū diluculo et ſubito probas illuꝫ. Super quid igit̄ ſperare poſſum aut in quo confidere debeo niſi in ſola magna miſericordia dei: et ī ſola ſpe gratie celeſtis? Siue enim adſint homines boni ſiue deuoti fratres et amici fideles ſiue libri ſancti vel tractat⁹ pulchri: ſiue dulcis cant⁹ ⁊ hymni: omia hec modicū iuuāt et modicū ſapiunt quādo deſertus ſum a gratia: et

ſm propria paūptate relictꝰ. Tūc non eſt melius re-
mediū ꝗ̄ patiētia et abnegatio mei in volūtate dei.
Nunꝗ̄ inueni aliquē religioſū qui nō habuerit inter
dum gratie ſubtractionē: aut nō ſenſerit feruoris di
minutionē. Nullus ſanctꝰ fuit vnꝗ̄ tam alte raptꝰ
et illuminatꝰ qui prius vel poſtea nō fuit tentatus.
Non eni dignus eſt alta dei contēplatione: qui pro
deo nō eſt exercitatꝰ aliqua tribulatione. Solet enī
ſequētis cōſolationis: tentatio p̄cedens eſſe ſignum.
Nam tentationibꝰ ꝓbatis celeſtis promittit cōſola
tio. Qui vicerit inquit dabo ei edere de ligno vite.
Datur etiā cōſolatio diuina vt homo fortior ſit ad
ſuſtinēdum aduerſa. Sequit̄ etiā tētatio: ne ſe eleuet
de bono. Non dormit diabolꝰ nec caro adhuc mor
tua eſt: ideo nō ceſſes preparare te ad certamē quia
a dextris et a ſiniſtris ſūt hoſtes qui nunꝗ̄ quieſcūt.

## ¶ De gratitudine pro gratia dei. ¶ Capitulum x.

Quid queris quietē cū natus ſis ad laborē.
Pone te ad patientiā magis ꝗ̄ ad cōſola
tionem ⁊ ad crucē portādā magis ꝗ̄ ad le
ticiā. Quis enī ſeculariū non libēter conſolationē
et leticiā ſpūalem acciperet: ſi ſemꝑ obtinere poſſet.
Excedūt enī ſpūales cōſolationes omnes mūdi deli
cias ⁊ carnis voluptates. Nam oēs delicie mūdane

aut turpes ſūt aut vane. Spirituales vero delicie ſo
le iocūde et honeſte ex virtutibus progenite ⁊ a deo
puris infuſe mētibus. Sed iſtis diuinis ꝯſolationibꝰ
nemo ſemꝑ pro ſuo affectu frui valet: quia tꝑs tenta
tionis non diu ceſſat. Multū contrariat̃ ſuꝑne viſita
tioni falſa libertas animi et magna confidentia ſui.
Deus bene facit ꝯſolationis grām dādo: ſed homo
male agit non totū deo cū gratiaꝝ actione retribuen
do. Et ideo nō poſſūt in nobis dona gratie fluere: q̃
ingrati ſumus auctori: nec totū refūdimus fōtali ori
gini. Sēꝑ eñi debet̃ gratia digne gratias referēti au
feretur ab elato quod dari ſolet humili. Nolo cōſo
lationem que michi aufert cōpunctionē: nec affecto
cōtemplationē que ducit in elationē. Non eñi omne
altum ſanctū: nec omne deſideriū purū: nec omē dul
ce bonū: nec omne carū gratū deo. Libenter accepto
gratiam vnde humilior et timoratior inueniar: atq;
ad relinquendū me paratior fiam. Doctꝰ dono gra
tie ⁊ eruditus ſubſtractionis verbere nō ſibi audebit
quicq̃ boni attribuere: ſed potius ſepe pauperē ⁊ nu
dum confitebitur. Da deo quicquid dei eſt: et tibi
aſcribe quod tuum eſt: hoc eſt: deo gratias pro gra
tia tribue: tibi autem ſoli cupam: et dignam penam
pro culpa deberi ſentias. Pone te ſēper ad infimū
et dabitur tibi ſummum: nam ſummum non ſtat ſine
infimo. Summi ſancti apud deum minimi ſunt a
pud ſe: et quanto glorioſiores tanto in ſe humiliores
pleni veritate ⁊ gloria celeſti. nō vane glorie cupidi.
In deo fundati et cōfirmati nullo modo poſſūt eſſe

ctati: et qui deo totū aſcribunt quicqd boni accepe-
runt: gloriā ab inuicē non querūt: ſed gloriā q̄ a ſolo
deo eſt volūt et deū in ſe et in oībus ſanctis laudari
ſuper omīa cupiunt: et ſup in idipm tendunt. Eſto
igitur gratus in minimo: et eris dignus maiora acci
pere. Sit tibi minimū etiā pro maximo: et magis cō
temptibile pro ſpeciali dono. Si dignitas datoris īſpi
citur: nullū datū paruū aut minus vile videbitur.
Non enī paruū eſt quod a ſūmo deo donat: etiam ſi
penas et verbera donauerit gratū eſſe debet: quia ſē
per pro ſalute noſtra facit quicqd nobis aduenire p̄
mittit. Qui gratiā dei retinere deſiderat: ſit gratus p̄
gratia dei data: patiens pro ſublata: oret vt redeat
cautus ſit et humilis ne amittat.

## De paucitate amatorum crucis ieſu. Ca. xi.

Habet ieſus nūc multos amatores regni ſui
celeſtis ſed paucos baiulatores ſue crucis
Habet multos deſideratores cōſolationis
ſed paucos tribulationis. Plures inuenit ſocios mē
ſe: ſed paucos abſtinentie. Omēs volūt cū xp̄o gau
dere: ſed pauci volūt pro ipſo aliqd ſuſtinere. Mul
ti ſequunt ieſum vſq3 ad fractionē panis: ſed pauci
ad bibendū calicē paſſionis. Multi miracula eius
venerāt: ſ3 pauci ignominiā crucis ſequunt. Multi

ieſum diligunt: q̄diu aduerſa non contingunt. Mul
ti illum laudant et benedicunt: q̄diu conſolationes
aliquas ab ipſo recipiūt. Si autē ſe ieſus aſconderet
et modicū eos relinqueret aut in querimoniā aut in
deiectionē nimiā cadunt. Qui aūt ieſum ꝓpter ieſū
et non propter ſuā aliquā cōſolationē propriaƺ dili-
gunt: ipſuƺ in tribulatione et in anguſtia cordis ſicut
in ſūma cōſolatione benedicūt. Et ſi nūq̄ eis cōſola-
tionem dare vellet: ipſum tamen ſemꝑ laudarēt et ſē
per gratias agere vellēt. O q̄tum poteſt amor ihū
purus nullo ꝓprio comodo vel amore permixtus.
Nōne omēs mercēnarij ſunt dicēdi: q cōſolationes
ſemꝑ querūt. Nōne amatores ſui magis q̄ xpi ꝓbā
tur: q ſua comoda vel lucra ſuꝑ meditant̄. Ubi inue
nietur talis qui velit deo ſeruire gratis. Raro inue-
nitur tam ſpūalis aliquis qui omibus ſit nudatus.
Nam verū ſpū pauperē ⁊ ab omi creatura nudū qs
inueniet: Procul ⁊ de vltimis ſimilib⁹ preciū eius.
Si dederit homo oēm ſubſtantiā ſuā: adhuc nichil
eſt et ſi fecerit penitentiā magnā adhuc exiguū eſt: et
ſi apphenderit oēm ſcientiā: adhuc lōge eſt: et ſi ha-
buerit virtutē magnā, ⁊ deuotionē nimis ardentē ad
multū ſibi deeſt: vnū ſcƺ quod ſibi ſūme neceſſariū eſt
Quid aliud. Ut omibus relictis ſe relinquat et a ſe
totaliter exeat: nichilqƺ de priuato amore retineat.
Cū omia fecerit q̄ faciēda nouerit: nichil ſe feciſſe ſē
tiat. Nō grāde pōderet q̄ grādis eſtimari poſſit: ſed
in veritate ſeruū inutilē ſe pronūciet: ſicut veritas ait
Cū feceritis oīa que p̄cepta vobis ſunt adhuc dicite

quia ſerui inutiles ſumus. Tunc vero pauper et nu
dus ſpū eſſe poterit et cum propheta dicere. Quia
vnicus et pauper ſum ego. Nemo iſto ditior nemo
tamen liberior: nemo potentior illo qui ſcit ſe et om
nia relinquere et ad infimum ſe ponere.

## De regia via ſancte cru cis. Ca. xii.

Durus hic multis videtur ſermo. Abnega temetipſm: tolle crucē tuā et ſequere ieſum. Sed multo durius erit audire illud extremum verbū. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū. Qui enī modo libēter audiūt et ſequunt verbū crucis: tunc non timebūt ab auditione mala eterne dānationis. Hoc ſignū crucis erit in celo cū dn̄s ad iudicandū venerit. Tūc omēs ſerui crucis qui ſe crucifixo conformauerūt in vita: ad xp̄m accedēt iudicez cū magna fiducia. Quid igit̄ times tollere crucē per quā itur ad regnū. In cruce ſalus: in cruce vita: in cruce ꝓtectio ab hoſtib⁹: in cruce infuſio ſupne ſuauitatis: in cruce robur mētis: in cruce gaudiū ſpirit⁹ in cruce virtus ſūma: in cruce ꝑfectio ſāctitatis. Nō eſt ſalus aīe nec ſpes eterne vite niſi in cruce. Tolle ergo crucē et ſeq̄re ieſum: et ibis in vitā eternā. Precеſſit ille baiulās ſibi crucē et mortu⁹ eſt pro te i cruce: vt tu etiā portes crucē ⁊ mori affectes in cruce q̄

ſi cōmortuus fueris etiā cū illo pariter viues et ſi ſo
cius fueris pene ſocius eris et glorie. Ecce in cruce
totum cōſtat et in moriēdo totuꝫ iacet: et non eſt alia
via ad vitam: et ad verā internā pacē niſi via ſancte
crucis et quotidiane mortificationis. Ambula vbi
vis quere quodcūqꝫ volueris: et nō inuenies altiorē
viam ſupra nec ſecuriorē viā infra niſi viā ſācte cru
cis. Diſpone et ordina omia ſcdm tuū velle ⁊ vide
re: et nō iuenies niſi ſemꝑ aliquid pati debere aut ſpō
te aut inuite: et ita crucē ſemꝑ inuenies. Aut enim in
corpore dolorē ſenties: aut in aīa ſpūs tribulationē
ſuſtinebis. Interdū a deo relinqris: interdū a proxi
mo exercitaberis: ⁊ quod amplius eſt ſepe tibi metipſi
grauis eris: nec tamen aliquo remedio vel ſolatio li
berari ſeu alleuiari poteris: ſed donec deus voluerit
oportet ꝙ ſuſtineas. Vult enī deus vt tribulationē
ſine cōſolatione diſcas pati et vt illi totaliter te ſubii-
cias et humilior ex tribulatione fias. Nemo ita cor
dialiter ſentit paſſionē xpi ſicut is cui cōtigerit ſimilia
pati. Crux igit ſēper parata eſt et vbiqꝫ te expectat.
Non potes effugere vbicūqꝫ cucurreris: quia vbi-
cumqꝫ veneris teipſum tecum portas et ſēper teip-
ſum inuenies. Conuerte te ſupra: conuerte te infra:
conuerte te extra et intra ⁊ in omnibus inuenies cru
cem: et neceſſe eſt te vbicunqꝫ tenere pacientiam ſi in
ternam vis habere pacem et perpetuam promereri
coronā. Si libēter cruceꝫ portas portabit te ⁊ dedu
cet te ad deſideratum finem: vbi ſcꝫ finis patiēdi erit
q̄uis hic non erit. Si inuite portas: onus tibi facis

⁊ teipſuꝫ magis grauas: ⁊ tamen oportet vt ſuſtineas
Si abiicis vnā crucē: aliā ꝓculdubio inuenies ⁊ for
ſitan grauiorem. Credis tu euadere quod nullꝰ mor-
talium potuit preterire? Quis ſanctoꝝ in mundo ſi-
ne cruce ⁊ tribulatione fuit? Nec enim dñs noſter ie
ſus chriſtus vna hora ſine dolore paſſionis fuit quā
diu vixit. Oportebat autem xp̄m pati ⁊ reſurgere a
mortuis ⁊ ita intrare in gloriaꝫ ſuam. Et quomodo
tu aliā viam queris q̄ꝫ hanc regiā viā que eſt via ſan
cte crucis? Tota vita xp̄i crux fuit ⁊ martyriuꝫ: ⁊ tu
tibi queris requiem ⁊ gaudiū? Erras erras ſi aliqd q̄
ris q̄ꝫ pati tribulationes: quia tota iſta vita mortalis
plena miſeriis ⁊ circūſignata crucibus. Et quāto al-
tius quis in ſpū̄ ꝓfecerit: tanto grauiores cruces ſe-
pe inueniet: quia exilij ſui pena magis ex amore cre-
ſcit. Sed tamē iſte ſic multipliciter afflictus non eſt
ſine leuamīe cōſolationis: quia fructū magnū ſibi ſen
tit ac creſcere ex ſufferentia ſue crucis. Nam dū ſpō
te illi ſe ſubiicit: omne onus tribulationis in fiduciam
diuine cōſolationis cōuertitur. Et quāto caro magiſ
ꝑ tribulationeꝫ atterit̄: tanto amplius ſpūs ꝑ internā
cōſolationē roborat̄. Et nōnunq̄ꝫ intm̄ cōfortat̄ ex af
fectu tribulationis ⁊ aduerſitatis ob amorē cōformi-
tatis crucis xp̄i: vt non ſine dolore ⁊ tribulatione eſſe
vellet: qm̄ tanto ſe acceptiorē deo credit: q̄ꝫto plura ⁊
grauiora ꝓ eo ꝑferre poterit. Non eſt illud virtꝰ ho
minis ſed gratia xp̄i: q̄ tāta poteſt ⁊ agit in carne fra
gili: vt quod naturaliter ſemꝑ abhorret ⁊ fugit: hoc
feruore ſpiritꝰ aggrediat̄ ⁊ diligat. Nō eſt ſm̄ hoīeꝫ

crucem portare:crucē amare:corpus caſtigare:⁊ ſer
uituti ſubiicere:honores fugere:cōtumeliā libenť ſu
ſtinere:ſeipſum deſpicere ⁊ deſpici optare:aduerſa q̄
qꝫ cū dānis perpeti:⁊ nichil ꝓſperitatis in hoc mun
do deſiderare. Si ad teipſuꝫ reſpicis:nichil huiuſmo
di ex te poteris ſꝫ in dn̄o cōfidis:dabitur tibi fortitu-
do de celo:ſubiicietur ditioni tue mūdus ⁊ caro. Sꝫ
nec inimicū diaboluꝫ timebis ſi fueris fide armatus
⁊ ieſus cruce ſignatus. Pone ergo te ſicut fidelis et
bonus ſeruus xp̄i ad portandā viriliter crucē dn̄i tui
pro te ex amore crucifixi. Prepara te ad toleranda
multa aduerſa ⁊ varia incōmoda in hac miſeria vi
ta,quia ſic tecū erit vbicūqꝫ fueris: ⁊ ſic reuera eum
inuenies vbicūqꝫ latueris. Oportet te ita eſſe ⁊ nō eſt
remedium euadendi a tribulatione maloꝝ ⁊ dolore
q̄ꝫ vt te patiaris. Calicē dn̄i affectanter bibe ſi amic⁹
eius eſſe ⁊ partē cū eo habere deſideras. Conſolatio
nes deo cōmitte:faciat ip̄e cū talibus ſicut ſibi magis
placuerit. Tu vero pone te ad ſuſtinendū tribulatio
nes:et reputa eas maximas cōſolationes: qꝛ nō ſunt
cōdigne paſſiones hui⁹ tp̄is ad futurā gloriā q̄ reue
labit in nobis ꝓmerendā:etiā ſi ſolus oēs poſſes ſu-
ſtinere. Qn̄ ad hoc veneris ꝙ tribulatio tibi dulcis
eſt ⁊ ſapit ꝓ xp̄o:tunc bene tecū eſſe eſtima qꝛ inueniſ
ti paradiſuꝫ in terra. Q̄diu pati tibi graue eſt ⁊ fuge
re queris:taꝫ diu male habebis:⁊ ſequet̄ te vbiqꝫ fu
ga tribulationis. Si ponis te ad quod eſſe debes vi-
delicet ad patiendū ⁊ moriendū fiet cito melius ⁊ pa
cem inuenies. Etiam ⁊ ſi raptus fueris in tertiū celū

cum paulo non es propterea ſecuratus de nullo con
trario ſuſtinendo. Ego inquit ieſus oſtendaꝫ illi quā
ta oporteat eū ꝓ nomine meo pati. Pati ergo tibi re
manet: ſi ieſum diligere ꝛ perpetue illi ſeruire placet.
Vtinā dignus eſſes ꝓ nomine ieſu aliqd pati: q̄ȝ ma
gna gloria remaneret tibi: quāta exultatio omnibus
ſanctis dei: quāta edificatio eſſet ꝓximi. Nam paciē
tiam omēs recōmendāt q̄uis pauci tamē pati velint
Merito deberes libenter modicū pati ꝓ xp̄o: cū mul
ti grauiora patiuntur ꝓ mundo. Scias pro certo q2
morientem te oportet ducere vitā: ꝛ quanto plus quiſ
qȝ ſibi moritur: tanto deo magis viuere incipit. Ne
mo aptus eſt ad cōprehendendū celeſtia: niſi ſe ſubmi
ſerit ad portandum ꝓ xp̄o aduerſa. Nichil deo acce
ptius: nichil tibi ſalubrius in mundo iſto q̄ȝ libēter pa
ti pro xp̄o. Et ſi eligendum tibi eſſet: magis optare de
beres ꝓ chriſto aduerſa pati q̄ȝ multis cōſolationibꝰ
recreari: q2 xp̄o ſimilior eſſes: ꝛ oībus ſanctis eiꝰ ma
gis cōformior. Non enī ſtat meritū noſtrū ꝛ ꝑfectꝰ
ſtatus noſtri in multis ſuauitatibus ꝛ cōſolationibꝰ:
ſꝫ potius in magnis grauitatibꝰ ꝛ tribulatiōibus ꝑfe
rendis. Siquidē aliqd melius ꝛ vtilius ſaluti hoīum
q̄ȝ pati fuiſſet: xp̄s vtiqȝ verbo ꝛ exemplo oſtendiſſet
Nam ꝛ ſequētes ſe diſcipulos omēſqȝ eū ſequi cupi
entes manifeſte ad crucē portandā hortāt ꝛ dicit. Si
quis vult venire poſt me abneget ſemetipſuȝ ꝛ tollat
crucē ſuā ꝛ ſequat me. Oībus ergo plectis ꝛ ſcruta
tis ſit iſta finalis cōcluſio. Qm̄ ꝑ multas tribulatiōes
oportet nos intrare in regnū dei.

Explicit liber ſecundus.
Incipit tertium.

## ¶ De interna chriſti locutione ad animam fidelem.

## ¶ Capitulum.i.

Audiam quid loquat̄ in me dominus deus. Beata aīa que dñm in ſe loquentem audit et de ore eius verbum cōſolationis accipit. Beate aures q̄ venas diuini ſuſurrij ſuſcipiunt: et de mundi huius ſuſurrationibus nichil aduertunt. Beate plane aures q̄ non vocē foris ſonantem: ſȝ interi⁹ auſcultant veritatē loquentē ⁊ docentē. Beati oculi q exterioribus clauſi: interiorib⁹ aūt ſunt intenti. Beati q īterna penetrāt: ⁊ ad capiēda arcana celeſtiā magis ac magis p quotidiana exercitia ſe ſtudēt pparare. Beati q deo vacare geſtiūt ⁊ ab oī impedimento ſeculi ſe excutiunt. Animaduerte hec o aīa mea ⁊ claude ſenſualitatis tue oſtia vt poſſis in te audire qd loquat̄ dñs de⁹ in te. Hec dic dilect⁹ tu⁹. Sal⁹ tua ego ſum: pax tua ⁊ vita tua. Serua te apud me et pacem inuenies. Dimitte oīa tranſitoria ⁊ q̄re eterna. Quid

ſunt omnia tēporalia niſi ſeductoria? Et quid iuuāt omēs creature: ſi fueris a creatore deſerta? Omnibꝰ ergo abdicatis: creatori tuo te redde placidā ac fidelem: vt verā valeas apprehendere beatitudinem.

## Qđ veritas intus loquit᷑ ſine ſtrepitu verboꝝ. Ca.ii.

Loquere dn̄e quia audit ſeruus tuus. Seruus tuus ego ſuꝫ: da mihi intellectū vt ſciā teſtimonia tua. Inclina coꝛ meū in verba oris tui: fluat vt ros eloquiū tuū. Dicebāt olim filij iſrael ad moyſen: loquere nobis tu ⁊ audiemꝰ: nō loquatur nobis dn̄s ne forte moriamur. Nō ſic dn̄e nō ſic oro: ſʒ magis cū ſamuele ꝓpheta humiliter ac deſiderāter obſecro. Loquere dn̄e qꝛ audit ſeruus tuꝰ non loquat᷑ michi moyſes aut aliqs ex ꝓphetis: ſed potius tu loquere dn̄e deus inſpirator: ⁊ illuminator oīum ꝓphetarū: qꝛ tu ſolus ſine eis potes me ꝑfecte imbuere: illi autē ſine te nichil ꝓficiēt. Poſſunt quidem verba ſonare ſed ſpiritū nō cōferunt. Pulcherrime dicunt: ſʒ te tacēte coꝛ nō accendūt. Litteras tradunt: ſʒ tu ſenſum aperis. Miſteria ꝓferunt: ſʒ tu reſeras intellectū ſignatoꝝ. Mandata edicūt: ſed tu iuuas ad ꝑficiendum. Uiam oſtendūt: ſʒ tu confortas ad ambulandū. Illi foris tm̄ agūt: ſʒ tu corda inſtruis ⁊ illuminas. Illi exteriꝰ rigāt: ſʒ tu fecunditatē do

uas. Illi clamāt verbis: ſed tu auditui intelligentiaʒ
tribuis. Non ergo loquatur michi moyſes: ſʒ tu dn̄e
deus meus eterna veritas: ne forte moriar ⁊ ſine fru
ctu efficiar. Si fuero tm̄ foris admonitus ⁊ intus nō
accenſus: ne ſit michi ad iudiciū verbū auditū ⁊ non
factū: cognitū nec amatū: creditū ⁊ nō ſeruatū. Loq-
re igitur dn̄e qꝛ audit ſeru⁹ tuus. Verba eni vite eter
ne habes: loquere michi ad qualēcūqʒ aīe mee cōſo
lationeʒ ⁊ ad totius vite mee emendationē. tibi autē
gloriā ⁊ perpetuū honorē.

## ¶ Qꝫ verba dei cū hūilitate ſūt audiēda: et qꝫ multi ea nō ponderant. ¶ Capitu. iii.

Audi fili mi v̄ba mea: v̄ba ſuauiſſima: oēʒ
philoſophoꝝ ⁊ ſapientiū hui⁹ mūdi ſciam
excedētia. Verba mea ſpūs ⁊ vita ſūt / nec
humano ſenſu pēſanda. Nō ſunt ad vanā cōplacen-
tiaʒ trahēda: ſed in ſilētio audiēda ⁊ cū oī humilitate
atqʒ affectu magno ſuſcipiēda ⁊ dixi. Btūs ee queʒ
tu erudieris dn̄e ⁊ de lege tua docueris eū vt mitiges
ei a dieb⁹ malis ⁊ non deſolet in terra. Ego inqt dn̄s
docui ꝓphās ab initio ⁊ vſqʒ nūc nō ceſſo oīb⁹ loqꝫ:
ſʒ multi ad vocē meā ſurdi ſunt ⁊ duri. Plures mū-
dʒ libenti⁹ audiūt qꝫ deū facili⁹ ſequūtur carnis ſue

appetitum q̄ꝫ dei bn̄placituꝫ. Promittit mundus tē-poralia ꝛ parua: ꝛ ſeruitur ei auiditate magna. Ego ꝑmitto ſumma ꝛ eterna ꝛ torpeſcunt mortaliū cor-da. Quis tanta cura michi in oībus ſeruit ꝛ obedit ſicut mundo ꝛ dn̄is eius ſeruit. Erubeſce ſydon ait mare. Et ſi cauſam queris audi quare. Pro modica prebēda longa via curritᷣ: ꝛ ꝓ eterna vita vix a mul-tis pes ſemel a terra leuatur. Vile preciū queritᷣ: pro vno nūmiſmate interdū turpiter litigatᷣ: ꝛ ꝓ vna re ꝛ parua ꝑmiſſione die noctuqꝫ fatigari nō timetur. Sed ꝓh dolor pro bono incōmutabili: pro p̄mio in eſtimabili: ꝓ ſummo honore ꝛ gloria interminabili vel ad modicū fatigari pigritatᷣ. Erubeſce ergo ſer-ue piger ꝛ queruloſe ꝙ illi paratiores inueniuntur ad ꝑditionem q̄ꝫ tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatē q̄ꝫ tu ad veritatē. Equidē a ſpe ſua non-nunq̄ꝫ fruſtrantᷣ ſed promiſſio mea neminē fallit: nec cōfidentem michi dimittit inanē. Quod ꝑmiſi dabo quod dixi implebo/ſi tamē vſqꝫ in finē fidelis in di-lectione mea quis ꝑmanſerit. Ego remunerator ſuꝫ oium bonoꝝ ꝛ fortis ꝓbator oiuꝫ deuotoꝝ. Scribe verba mea in corde tuo ꝛ ꝑtracta diligēter: erūt enī in tp̄e tētationis valde neceſſaria. Qđ non intelligis cū legis: cognoſces in die viſitationis. Dupliciᷣ ſoleo electos meos viſitare/tentatiōe ſcilꝫ ꝛ cōſolatione: ꝛ duas lectiones eis quotidie lego/vnā increpādo eoꝝ vitia/alteram exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea ꝛ ſpernit ea/habet qui iudi-cet eum in nouiſſimo die.

## ¶ Oratio ad implorãdũz de-
## uotionis gratiam. ¶ Ca iiii.

Domine de⁹ me⁹ oĩa bona mea tu es. Et qs
ego ſuz vt audeã ad te loqui. Ego ſuz paup
rimus ſeruul⁹ tuus, ⁊ abi ctus vermiculus
multo pauperioꝛ ⁊ contẽptibilioꝛ q̃ʒ ſcio ⁊ dicere au
deo. Memẽto tñ dñe quia nichil ſum, nichil hab eo
nichilq; valeo. Tu ſolus bonus iuſtus ⁊ ſanct⁹, tu
oĩa potes, oĩa preſtas, oĩa imples, ſolũ peccatorem
inanẽ relinquens. Reminiſcere miſerationũ tuaruz
dñe, ⁊ imple coꝛ meuz gr̃a tua, q non vis vacua eſſe
opera tua. Quomõ poſſum me tolerare in hac mi-
ſera vita, niſi me cõfoꝛtauerit mĩa ⁊ gr̃a tua? Noli a
uertere faciẽ tuaz a me, noli viſitationẽ tuã ꝓlonga-
re, noli cõſolationez tuã abſtrahere, ne fiat aĩa mea
ſicut terra ſine aqua tibi. Dñe doce me facere volun-
tatem tuã, doce me corã te digne ⁊ humiliter cõuer-
ſari, qꝛ ſapiẽtia mea tu es, qui in veritate me cogno
ſcis, ⁊ cognouiſti anteq̃ʒ fieret mũdus, ⁊ anteq̃ʒ nat⁹
eſſem in mundo.

## ¶ Qd in veritate et humi-
## litate coraz deo cõuerſandum
## eſt. ¶ Ca. v.

f Fili ambula coram me in veritate: ꝛ ſimplī
citate cordis tui quere me ſemꝑ. Qui am-
bulat corā me in veritate: tutabit̄ ab incur
ſibus malis et veritas liberabit eum a ſeductorib⁹ ꝛ
a detractionib⁹ iniquorū. Si veritas te liberauerit:
vere liber eris et nō curabis de vanis hoīm verbis.
Dn̄e verum eſt ſicut dicis: ita queſo mecū fiat. Ve-
ritas tua me doceat: ipſa me cuſtodiat et vſqꝫ ad ſa
lutarem finē me cōducat. Ipſa me liberet ab omni
affectione mala et īordinata dilectione: et ambulādo
tecū ī magna cordis libertate. Ego te docebo ait veri
tas q̄ recta ſūt ꝛ placita corā me. Cogita pctā tua cū
diſplicētia magna ꝛ merore: ꝛ nūq̄ꝫ reputes te aliqd
eſſe propter oꝑa bona. Reuera peccator es et mul-
tis paſſiobibus obnoxius ꝛ implicat⁹. Ex te ſemper
ad nichil tēdis et cito laberis: cito vinceris: cito tur
baris cito diſſolueris. Nō habebis quicq̄ꝫ vnde poſ
ſis gloriari: ſed multa vnde te debes vilificare: quia
multo infirmior es: q̄ꝫ vales cōprehendere. Nichil
ergo magnū tibi videat̄ ex omibus que agis: nichil
grande nichil precioſū et admirabile nichil reputa-
tione appareat dignū: nichil altū nichil vere lauda-
bile et deſiderabile niſi quod eternum eſt. Placeat
tibi ſuꝑ omīa eterna veritas: diſpliciat tibi ſuꝑ oīa
vilitas maxima tua. Nichil ſic timeas: nichil ſic vi-
tuperes et fugias ſicut vicia ꝛ pctā tua: que magis
diſplicere debent q̄ꝫ quelibet rerū dāna. Quidā non
ſincere corā me ambulāt: ſed quadā curioſitate et ar-
rogantia ducti volūt ſecreta mea ſcire et alta dei in-

telligere: ſe et ſuã ſalutẽ negligẽtes. Hic ſepe in magnas tẽtationes et pctã propter ſuã ſuperbiã: et curioſitatẽ in eis aduerſante labũtur. Time iudicia dei: expaueſce iram omĩpotẽtis: noli autẽ diſcutere opa altiſſimi: ſed tuas iniquitates pſcrutare in quãtis deliquiſti et q̃ multa bona neglexiſti. Quidã ſolũ portant ſuã deuotionẽ in libris ꝛ quidã in imaginib⁹: quidam autẽ in ſignis exterioribus et figuris: quidam habẽt me in ore: ſed modicũ in corde. Sũt ꝛ alij q intellectu illuminati et affectu purgati ad eterna ſemꝑ anhelant: de terrenis grauiter audiũt neceſſitatibus nature dolẽter inſeruiũt: et hi ſentiũt quod veritatis ſpũs loquit̃ in eis qui docet eos terrena deſpicere et amare celeſtia: mũdum negligere et celum tota die ac nocte deſiderare.

## ¶ De mirabili affectu diuini amoris. ¶ Ca. vi.

Benedico te pater celeſtis pater dñi mei ieſu xpi: q2 mei pauperis dignat⁹ es recordari. O pater miſericordiarũ ꝛ deus toti⁹ ꝯſolationis: gratias ago tibi qui me indignũ omĩ cõſolatione quãdoq3 tua recreas ꝯſolatione. Bñdico te ſemꝑ et glorifico cũ vnigenito filio tuo et ſpũ ſãcto paraclito in ſecula ſeculorũ. Eya dñe deus amator ſancte meus cũ tu veneris in cor meũ exultabũt

omnia interiora mea. Tu es gloria mea et exultatio cordis mei: tu ſpes mea et refugiū meū in die tribu-bulationis mee. Sed qꝛ adhuc debilis ſuꝫ in amorē ꝛ impfectus in virtute: ideo neceſſe habeo a te cōfortari et cōſolari: propterea viſita me ſepius et inſtrue diſciplinis ſanctis. Libera me a paſſionibꝰ malis: et ſana cor meū ab omnibus affectionibꝰ inordinatis et viciis: vt intus ſanatꝰ et bene purgatꝰ aptus efficiar ad amandū: fortis ad patiendū: ſtabilis ad pſeuerandum. Magna res eſt amor magnū omnino bonuꝫ: quod ſolū leue facit oē oneroſū: et fert equaliter oē inequale. Nam onus ſine onere portat et omē amarꝫ dulce ac ſapidū efficit. Amor ieſu nobilis ad magna operāda impellit: et ad deſiderāda ſemp perfectiora excitat. Amor vult eſſe ſurſū nec vilis infimis rebus retineri. Amor vult eſſe liber et ab omni mūdana affectione alienus: ne internꝰ eius impediat aſpectus: ne p aliquod comodū tpale implicationes ſuſtineat aut per incōmodum ſuccūbat. Nichil dulcꝰ eſt amore: nichil fortiꝰ: nichil altius: nichil latius: nichil iocūdius: nichil plenius: nichil meliꝰ in celo et in terra: qꝛ amor a deo natus eſt: nec poteſt niſi in deo ſup omia creata requieſcere. Amās volat: currit: letatur liber eſt et non teneẗ: dat omia pro omibus: et habet omia in omibus: quia in vno ſūmo ſup omia qeſcit ex quo omē bonū fluit et pcedit. Nō reſpicit ad dona: ſꝫ ad donātē ſe cōuertit ſup oia bona. Amor modum ſemp neſcit: ſed ſuper omnē modum feruescit. Amor onꝰ nō ſentit: labores nō reputat: plꝰ affectat

q̄ valet:de impoſſibilitate nō̄ cauſat̄ qꝛ cuncta ſibi
poſſe et licere arbitrat̄. Valet igit̄ ad oīa ꝛ multa
implet et affectui mācipat vbi nō amās deficit ꝛ ia-
cet. Amor vigilat:et dormiēs nō dormitat fatigat⁹
non laſſat̄:artatus nō artat̄: territ⁹ nō cōturbatur:
ſed ſicut viuax flāma et ardēs facula ſurſū erumpit
ſecureqꝫ ptranſit. Siquis amat:nouit quid hec vox
clamet. Magn⁹ clamor in aurib⁹ dei eſt:ipſe ardēs
affect⁹ aīe q̄ dicit. Deus me⁹ amor me⁹ tu tot⁹ me⁹
et ego tuus. Dilata me in amore:vt diſcaꝫ interiore
cordis ore deguſtare: q̄ ſuaue ſit amare in amore li-
quefieri et natare. Tenear amore vadēs ſupra me p̄
nimio feruore et ſtupore. Cantē amoris canticū: ſe-
quar te dilectū meū in altū:deficiat in laude tua aīa
mea iubilās ex amore. Amem te plus q̄ me:nec me
niſi ꝓpter te:et oēs in te qui vere amāt te:ſicut iu-
bet lex amoris lucēs ex te. Eſt amor velox/ſincerus
pi⁹/iocūdus et amen⁹/fortis patiēs/ fidelis prudēs
lōganimis virilis:ꝛ ſeipm nūq̄ q̄rens. Vbi eni ſeipm
aliquis q̄rit:ibi ab amore cadit. Eſt amor circūſpect⁹
humilis ꝛ rectus nō mollis: nō leuis/nec vanis inten
dens rebus:ſobrius:caſtus:ſtabilis quiet⁹:ꝛ ī cūctis
ſenſib⁹ cuſtodit⁹. Eſt amor ſubiect⁹ ꝛ obediēs p̄latis
ſibi vilis et deſpect⁹:deo deuot⁹ et gratific⁹ cōfidēs
ꝛ ſemp ſperās ī eo etiā cū ſibi nō ſapit de⁹ qꝛ ſine do
lore nō viuit̄ ī amore. Qui nō ē parat⁹ oīa pati ꝛ ad
volūtatē ſtare dilecti.nō eſt dign⁹ amator appellari.
Oportet amātē oīa dura ꝛ amara ꝓpt̄ dilectū libē-
ter amplecti:nec ob ꝯtraria accidētia ab eo deflecti.

## ¶ De probatione veri ama toris· ¶ Capi. vii·

cum. Si recte ſapis ⁊ in veritate aſpicis nunq̄ꝫ debes
ꝓpter aduerſa: tam deiecte ꝯtriſtari: ſꝫ magis gaude
re et gratias agere: imo hoc vnicū reputare gaudiuꝫ
q̄ affligens te doloꝛibus non parco tibi. Sicut dile
xit me pater: ego diligo vos dixi dilectis diſcipulis
meis quos vtiqꝫ non miſi ad gaudia tempoꝛalia: ſed
ad magna certamina: non ad honoꝛes: ſed ad deſpe
ctiones: non ad ocium: ſed ad laboꝛes: non ad requi
em: ſed ad afferendum fructum multum in patientia
Hoꝛum memento filimi verboꝛum.

## De neglectu omnis creature vt creator poſſit inueniri Capi. xxxvi

Domine adhuc bene indigeo maiori gratia ſi debeam illuc peruenire vbi me nemo poterit: nec vlla creatura impedire. Nam q̄diu res aliqua me retinet non poſſum libere ad te volare. Cupiebat libere volare qui dicebat. Quis dabit michi pennas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcam. Quid ſimplici oculo quietius ⁊ quid liberius nil deſiderante in terris? Oportet igitur omnem pertranſire creaturam: ⁊ ſeipſuz perfecte deſerere: ac in exceſſu mentis ſtare ⁊ videre te omnium conditorem cum creaturis nil ſimile habere. Et niſi quis ab omnibus creaturis fuerit expeditus non poterit libere intendere diuinis. Ideo enim pauci inueniuntur contēplatiui: quia pauci ſciunt ſe a perituris creaturis ad plenum ſequeſtrari. Ad hoc magna requiritur gratia que animam leuet ⁊ ſupra ſeipſam rapiat. Et niſi homo ſit in ſpiritu eleuatus: ⁊ ab omnibus creaturis liberatus ac deo totus vnitus quicquid ſcit quicquid etiam habet non eſt magni ponderis. Diu paru⁹ erit ⁊ in terra iacebit qui aliquid magni eſtimat niſi ſolū vnū immenſum eternū bonuz. Et quicquid deus nō eſt: nihil eſt: ⁊ ꝓ nichilo ꝯputari dʒ. Eſt q̄ppe magna

differentia ſapientia illuminati ⁊ deuoti viri: ⁊ ſcien
tia litterati ⁊ ſtudioſi clerici. Multo nobilioꝛ eſt illa
doctrina que de ſurſum ex diuina influentia manat
q̄ꝫ que laborioſe humano acquirit̄ ingenio. Plures
reperiuntur cōtemplationē deſiderare: ſꝫ que ad eam
requiruntur nō ſtudent exercere. Eſt ⁊ magnū impe
dimentum: qꝛ in ſignis ⁊ in rebꝰ ſenſibilibꝰ ſtatur: ⁊ pa
rum de perfecta moꝛtificatione habet̄. Neſcio quid
eſt: ⁊ quo ſpū ducimur: ⁊ quid pretendimus q ſpūa
les duci videmur: ꝙ totū laboꝛē ⁊ amplioꝛē ſollicitu
dinem ꝓ tranſitoꝛiis ⁊ vilibus rebꝰ agimus: ⁊ de inte
rioꝛibus noſtris vix raro plene recollectis ſenſibꝰ co
gitamus. Prochdoloꝛ ſtatim poſt modicā recolle
ctioneꝫ foꝛas erūpimus nec opa noſtra diſtricta exa
minatione trutinamus. Ubi iacēt affectus noſtri nō
attēdimus ⁊ q̄ꝫ impura ſint omia noſtra nō deploꝛa
mus. Omnis qppe caro coꝛruperat viaꝫ ſuā. et ideo
ſequebatur diluuiū magnū. Cum ergo interioꝛ affe
ctus noſter coꝛruptus ſit: neceſſe eſt vt actio ſequens
index carentie interioꝛis vigoꝛis coꝛrūpatur. Ex pu
ro coꝛde ꝓcedit fructus bone vite. Quantū qs fece
rit queritur: ſed ex quanta virtute agit nō tā ſtudio
ſe pēſat̄. Si fuerit foꝛtis diues pulcher habilis vel
bonus ſcriptoꝛ. bonꝰ cantoꝛ: bonus laboꝛatoꝛ inueſti
gatur: q̄ꝫ pauper ſit ſpiritu q̄ꝫ patiēs ⁊ mitis: q̄ꝫ deuo
tus ⁊ internus a multis tacet̄. Natura exterioꝛa ho
minis reſpicit: gratia ad interioꝛa ſe conuertit. Illa
frequenter fallitur: iſta in deo ſperat vt non decipia
tur.

# De abnegatione ſui et abdicatione omnis cupiditatis.

## Capituluꝫ. xxxvii

Fili non potes ꝑfecte poſſidere libertatē niſi
totaliter abneges temetipſum. Cōpediti ſunt
omnes ꝓprietarii ⁊ ſuiipſius amatores cupi
di curioſi gyrouagi: querētes ſemꝑ mollia: non q̄ ieſu
xpi: ſed ſepe hoc fingentes ⁊ cōponētes qđ nō ſtabit.
Peribit eniꝫ totū quod nō eſt ex deo ortū. Tene bre
ue ⁊ cōſumatum verbū. Dimitte oīa ⁊ inuenies oīa
Dimitte cupiditatem et inuenies requiem. Hoc mē-
te ꝑtracta ⁊ cū impleueris oīa intelliges. Dn̄e hoc
nō eſt opus vnius diei: nec ludus paruulorū: imo in
hoc breui icluditur oīs ꝑfectio religioſorū. Fili non
debes auerti: nec ſtatim deiici audita via ꝑfectorꝫ: ſꝫ
magis ad ſublimiora ꝓuocari ⁊ ad minꝰ: ad hec ex
deſiderio ſuſpirare. Vtinā ſic tecū eſſꝫ: ⁊ ad hoc ꝑue
niſſes: vt tuiipſius amator nō eſſes. ſꝫ ad nutū meum
pure ſtares: ⁊ eius quē tibi prepoſui patris: tunc mi-
chi valde placeres: ⁊ tota vita tua cū gaudio ⁊ pace
tranſiret. Habes adhuc multa ad relinquendū q̄ niſi
michi ex integro reſignaueris nō acquires qđ poſtu-
las. Suadeo tibi a me emere aurū ignitū: vt locuplex
fias: ideſt ſapientiam celeſtem oīa infima concul-
cantem. Poſtpone terrenaꝫ ſapientiam: omneꝫ hu-

manam cōplacentiā ꝛ propriā. Dixi tibi viliora emē
da pro precioſis ꝛ altis in rebus humanis. Nā vilis
ꝛ parua ac pene obliuioni tradita videtur vera cele
ſtis ſapiētia nō ſapiens alta de ſe: nec magnificari q̄
rens in terra: quaʒ multi oretenus predicāt: ſed vita
longe diſſentiunt: ipſa tamē eſt precioſa margarita a
multis abſcondita.

## ¶ De inſtabilitate cordis et de intentione finali ad deum habenda: ¶ Ca. xxxviii.

Fili noli credere affectui tuo q̄ nunc eſt: cito
mutabitur ī aliud. Quādiu enī vixeris mu
tabilitati ſubiectus eris etiam nolens: vt mo
do letus: modo triſtis: modo pacatus: modo turba
tus: nūc deuotus: nūc indeuotus: nūc ſtudioſus: nūc
accidioſus: nunc grauis: nunc leuis inueniaris. Sed
ſtat ſuper hec mutabilia ſapiens ꝛ bene doctus ī ſpū
ritu: nō attēdens q̄cq̄d in ſe ſentiat: vel qua parte flet
ventus inſtabilitatis: ſʒ vt tota intentio mētis eiꝰ ad
debitum ꝛ optimū ꝓficiat finē. Naʒ ſic poterit vnus
ꝛ idem incōcuſſus ꝑmanere ſimplici intentionis ocu
lo ꝑ tot varios euētus ad me impretermiſſe directo.
Quanto autem purior fuerit intentionis oculus tā
to conſtantius inter diuerſas itur procellas. Sed in

multis caligat oculus pure intentionis: reſpicit enim
cito in aliquod delectabile quod occurrit: ⁊ raro to-
tus liber quis inuenitur a neuo ꝓprie exqſitōis. Sic
iudei olim venerāt in bethaniam ad marthā ⁊ mari-
am: non ꝓpter ieſum tantum: ſed vt lazarū viderent
Mundandus eſt ergo intentionis oculus: vt ſit ſim-
plex ⁊ rectus atqꝫ vltra omnia varia media ad me
dirigendus.

## ¶ Quod amanti ſapit de⁹ ſup̲ oīa et in oīb⁹. Ca. xxxix.

Ecce deus meus ⁊ omnia. Quid volo ampli⁹
⁊ quid felicius deſiderare poſſum? O ſapi-
dum ⁊ dulce verbū: ſed amanti verbū non
mundū: nec ea q̄ in mundo ſunt. Deus me⁹ ⁊ omnia.
Intelligenti ſatis dictū eſt: et ſepe repetere iocundū
eſt amāti. Te ſiquidē p̄nte iocunda ſunt oīa: te autē
abſente faſtidiunt cūcta. Tu facis cor tranqllū: ⁊ pa
cem magnā leticiāqꝫ feſtiuā. Tu facis bn̄ ſentire de o
oib⁹ ⁊ in oib⁹ te laudare nec pōt aliqd ſine te diu pla
cere: ſꝫ ſi dꝫ gratū eſſe ⁊ bene ſapere oportet grāz tuā
adeſſe ⁊ cōdimēto tue ſapientie cōdiri. Cui tu ſapis
qd ei recte nō ſapiet? ⁊ cui tu nō ſapis qd ei ad iocū
ditatē eſſe poterit? Sed deficiūt in tua ſapientia mū
di ſapientes: ⁊ qui carnē ſapiūt: quia ibi plurima va
nitas: ⁊ hic mors inuenitur. Qui aūt te p̄ cōtemptū

mundanoꝝ et carnis mortificationē ſequunt᷑: vere
ſapiētes eſſe cognoſcūtur quia de vanitate ad veri-
tatem: de carne ad ſpiritū trāſferunt. Iſtis ſapit deꝰ
et quicq̄d inuenit in creaturis totū referūt ad laudē
ſui cōditoris. Diſſimilis tamen et multū diſſimilis ſa
por creatoris et creature: eternitatis et tp̄oris: lucis ī
create et lucis illuminate. O lux ꝑpetua cuncta cre
ata tranſcendens lumina: fulgura coruſcationē de
ſublimi penetrantē oīa intima cordis mei: purifica
letifica clarifica et viuifica ſpm̄ meū cū ſuis potētiis
ad inherendū tibi iubiloſis exceſſibus. O qn̄ veniet
hec beata et deſiderabilis hora vt tua me ſaties pre
ſentia vt ſis michi oīa in omnibus. Q̄ō diu hoc da
tum nō fuerit: nec plenum gaudiū erit. Adhuc ꝓch
dolor viuit in me vetus homo non eſt totus crucifi-
xus non eſt ꝑfecte mortuus adhuc concupiſcit forti
ter aduerſus ſpiritum: bella mouet inteſtina nec re-
gnum anime patitur eſſe quietum. Sed tu qui domi
naris poteſtati maris et motum fluctuum eius tu
mitigas exurge adiuua me. Diſſipa gētes que bella
volunt contere eas in virtute tua oſtēde queſo ma-
gnalia tua: et glorificetur dextera tua quia non eſt
ſpes alia: nec refugium michi niſi in te domine deus
meus.

## ¶ Quod non eſt ſecuritas a tētatione in hac vita: Ca. xl.

f FIli nunq̃ ſecurus es in hac vita ſed quo
ad vixeris ſẽp̃ arma ſpiritualia tibi ſunt ne
ceſſaria. Inter hoſtes verſaris a dextris ⁊
a ſiniſtris ĩpugnaris. Si ergo nõ vteris vndiqȝ ſcuto
patientie nõ eris diu ſine vulnere. Inſup̃ ſi nõ ponis
cor tuuȝ fixe in me cũ mera volũtate cuncta patiẽdi
propter me non poteris ardorẽ iſtũ ſuſtinere nec ad
palmã ꝑtingere beatoruȝ. Oportet te ergo viriliter
oĩa pertrãſire et potẽti manu vti aduerſus obiecta.
Nam vincẽti datur mãna ⁊ torpẽti relinquit multa
miſeria. Si queris in hac vita requiẽ quomodo tũc
ꝑuenies ad eternã? Non ponas te ad multã requieȝ
ſed ad magnã patientiã. Quere verã pacẽ nõ in ter
ris ſed in celis nõ in hoĩbus nec ĩ ceteris creaturis
ſed in deo ſolo. Pro amore dei debes oĩa libẽter
ſubire: labores ſcilicet et dolores: tẽtationes: vexatõ
nes: anxietates: neceſſitates: infirmitates: iniurias: ob
locutiones: reprehẽſiones: humiliationes: ꝯfuſiones:
correctiones et deſpectões. Hec iuuãt ad virtutes:
hec probãt xp̃i tyronẽ: hec fabricãt celeſtẽ coronam.
Ego reddã ei eternã mercedẽ pro breui labore: et infi
nitam gloriã pro trãſitoria ꝯfuſione. Putas ꝙ ſemp̃
habebis pro tua volũtate ꝯſolatiões ſpũales? Sãcti
mei non habuerũt tales: ſed multas grauitates et tẽ
tationes varias: magnaſqȝ deſolatões: ſed patiẽtes
ſuſtinuerũt ſe in omĩbus et magis ſunt cõfiſi deo ꝙ̃
ſibi ſciẽtes: quia nõ ſunt cõdigne paſſiones hui⁹ tp̃is
ad futurã gloriã promerendã. Vis tu ſtatim hr̃e: qđ
multi poſt lacrymas ⁊ magnos labores vix obtinue

runt. Expecta dñm viriliter age ⁊ cōfortare noli diſ
fidere: noli diſcedere: ſed corpus ⁊ aiam expone con
ſtāter pro gloria dei. Ego reddam pleniſſime: ego te
cum vero in omni tribulatione.

## Contra vana hominum iudicia. Ca. xli.

f Fili iacta cor tuū firmiter in dño: ⁊ huma-
num ne metuas iudiciū vbi te ꝯſciētia piuz
reddit et inſontē. Bonū eſt et beatū taliter
pati: nec hoc erit graue hūili cordi: et deo magis ꝙ̄
ſibiipſi confidēti. Multi multa loquunt: et ideo pua
fides eſt adhibēda. Sed et omibus ſatis eſſe non eſt
poſſibile. Et ſi paulꝰ omibus ſtuduit in dño placere
et omibus omia factus eſt: tñ etiā ꝑ minimo duxit
ꝙ ab hūano die iudicatꝰ fuerit. Egit ſatis pro alioꝝ
edificatione et ſalute ꝙ̄tum in ſe erat et poterat: ſꝫ ne
ab aliis aliqñ iudicaret vel non deſpiceret: cohibere
nō potuit: iō totū deo cōmiſit: qui totū nouerat: ⁊ pa
ciētia et hūilitate cōtra ora loquentiū iniqua ac etiā
vana ac mēdoſa cogitantiū atqꝫ ꝑ libitu ſuo queqꝫ
iactantiū ſe defēdit. Reſpōdit tñ interdū ne infirmis
ex ſua taciturnitate generaret ſcandalū. Quis tu vt
timeas a mortali hoīe. Hodie eſt ⁊ cras nō ꝑparet.
Deū time et hoīz terrores nō expaueſces. Quid pōt
aliqs in te vbis aut iniuriis. Sibi potiꝰ nocet ꝙ̄ tibi

nec poterit iudiciū dei effugere quicūq3 est ille. Tu habe deū pre oculis: ⁊ noli contendere verbis q̄rulosis. Quod si ad p̄sens videris succūbi et ꝯfusionē pati quā non meruisti: ne indigneris ex hoc: neq3 ꝑ impatientiam minuas coronā tuā: sed ad me poti⁹ respice in celum: qui potens sum eripere ab omni cōfusione et iniuria: et vnicuiq3 reddere scđm opera sua.

## De pura et ītegra resignatione sui ad obtinendā cordis libertatem. Ca. xlij

Fili relinq̄ te ⁊ inuenies me. Sta sine electiōne et omni proprietate et semꝑ lucraberis. Nam ⁊ adiiciet tibi āplior grā statim vt te resignaueris nec resūpseris. Dn̄e quotiēs me resignabo: et in quib⁹ me relinquā? Semꝑ ⁊ ī oī hora sicut in puo: sic et in magno nichil excipio: s3 in oībus te nudatū īueniri volo. Alioqui q̄nō poteris esse me⁹: ⁊ ego tu⁹ nisi fueris ab omi ꝓpria volūtate int⁹ ⁊ foris spoliat⁹? Quāto celeri⁹ hoc agis: tāto meli⁹ habebis: et quāto pleni⁹ ⁊ sinceri⁹: tāto pl⁹ michi placebis et amplius lucraberis. Quidā se resignant: s3 cum aliqua exceptione. Non enim plene deo confidunt: ideo prouidere sibi satagunt. Quidam etiā primo totum offerunt: sed postea tentatione pulsāte ad

proprie redeunt: ideo minime in virtute proficiunt.
Hi ad veram puri cordis libertatē: et iocūde fami-
liaritatis mee gratiā nō pertingēt: niſi integra reſigna-
tione ꝛ quotidiana ſui imolatione pri⁹ facta ſine qua
non ſtat: nec ſtabit vnio fruitiua. Dixi tibi ſepiſſime
et nunc iteruʒ dico. Relinque te: reſigna te et frueris
magna interna pace. Da totū pro toto: nil exquire:
nil repete: ſta pure et ĩheſitāter in me ꝛ habebis me.
Eris liber in corde et tenebre nō ꝯculcabunt te. Ad
hoc conare: hoc ora: hoc ſtude deſiderare: vt ab oī
proprietate poſſis expoliari: et nudus nudū ieſū ſeq
tibi mori: et michi eternaliter viuere. Tunc deficiēt
omēs vane fantaſie ꝯturbationes inique ꝛ cure ſup-
flue. Tunc etiaʒ recedet immoderat⁹ timor: et inordi-
natus amor morietur.

## ¶ De bono regimine ī exter-nis et recurſu ad deum in pe-riculis. ¶ Ca. xliiii.

f Fili ad iſtud diligēter tēdere debes vt in oī
loco actione ſeu occupatiōe externa ſis intī-
mus liber et tuipſi⁹ potēs: et ſint oīa ſub
te: et tu non ſub eis: vt ſis dn̄s actionū tuaꝝ et rector
nō ſeru⁹ nec emptici⁹ ſʒ magis exēpt⁹ veruſqʒ hebre⁹
in ſortē ac libertatē trāſiēs filiorū dei: q ſtāt ſup pn̄s

et ſpeculātur eterna:qui trāſitoria intuentur ſiniſtro
oculo et dextro celeſtia: quos tpalia nō trahūt ad in
herendū:ſed trahūt ipſi ea magis ad bene ſeruiendū
prout ordinata ſunt a deo: ⁊ inſtituta a ſūmo opifice
qui nil inordinatū reliquit in ſua creatura. Si etiā in
omni euētu ſtas nō in apparentia externa:nec oculo
carnali luſtras viſa vel audita : ſed mox in qualibet
cauſa intras cū moyſe in tabernaculū ad ꝯſulendū
dn̄m:audies nonnūq̄ʒ diuinū reſponſuʒ : ⁊ redies in-
ſtructus de multis preſētibus et futuris. Semꝑ enī
moyſes recurſū habuit ad tabernaculuʒ pro dubiis
et queſtionibꝰ ſoluēdis:fugitqʒ ad orōnis adiutoriū
pro periculis et improbitatibꝰ hominū ſubleuādis.
Sic et tu ꝯfugere debes in cordis tui ſecretariū diui
num intētiꝰ implorādo ſuffragiū. Propterea nāqʒ
ioſue et filij iſrael a gabaonitis legūtur decepti:quia
os dn̄i non prius interrogauerūt:ſed multuʒ creduli
dulcibus ſermonibus falſa pietate deluſi ſunt.

## ¶ Quod homo non ſit iportunus in negociis. Ca. xliiij.

f Fili cōmitte michi ſuper cauſā tuā et ego
bene diſponā in tp̄e ſuo. Expecta ordinatio
nem meam:et ſenties inde profectuʒ. Dn̄e
ſatis libēter omēs res tibi cōmitto:quia parū poteſt
cogitatio mea ꝓficere. Utinā non multū adherereʒ

laturis euectibus: ſed ad beneplacitū tuū me incūctanter offerre. Fili mi ſepe homo rem aliquā agittat q̄ deſiderat: ſed cū ad eam peruenerit aliter incipit ſentire: quia affectiones circa idem nō ſūt durabiles: ſed magis de vno in aliud nos impellūt. Non ergo minimum etiā in minimis ſe relinquere. Uerus profectꝰ hominis eſt abnegatio ſuipſiꝰ: et homo abnegatus valde liber eſt et ſecurꝰ. Sed antiquus hoſtis omibus bonis aduerſans a tētatione nō ceſſat: et die noctuq꜠ graues molitur inſidias: ſi forte in laqueū deceptionis poſſit precipitare icautum. Uigilate ergo et orate dicit dn̄s vt nō intretis in tentationem.

## ¶ Quod homo nichil boni ex ſe habet: et de nullo gloriari poteſt. ¶ Capi. xlv.

Domine quid eſt homo q̄ memor ſis eius aut filius hoīs. q̄ viſitas eū. Quid promeruit homo vt dares illi grām tuā. Dn̄e qd poſſum cōqueri ſi deſeris me aut quid iuſte obtēdere poſſū ſi quod peto nō feceris. Certe hoc in veritate cogitare poſſū et dicere: Domine nichil ſum: nichil boni ex me habeo: ſed in omibꝰ deficio: et ad nichil ſemper tendo. Et niſi a te fuero adiutus: et interius informatus totus efficior tepidus et diſſolutus. Tu

autem dn̄e ſemper idem ipſe es et ꝑmanes ineternuꝫ ſemꝑ bonus iuſtus et ſanct⁹: bene iuſte ac ſancte a-gens om̄ia et diſponēs in ſapientia. Sed ego qui ad defectū magis pronus ſum q̄ȝ ad profectū nō ſum ſē per inuno ſtatu ꝑdurans: quia ſeptē tēpora mutant̄ ſuꝑ me. Verūtamen cito melius fit cū tibi placuerit et manū porrexeris adiutricē: quia tu ſolus ſine hu-mano ſuffragio poteris auxiliari ⁊ in tm̄ cōfirmare: vt vult⁹ meus ampli⁹ in diuerſa non mutet̄: ſed in te vno cor meū conuertatur et quieſcat. Unde ſi bene ſcirē omnē humanā conſolationeꝫ abiicere: ſiue pro-pter deuotionē adipiſcēdā: ſiue ꝓpt̄ neceſſita: ē qua cōpellor te querere: q2 non eſt homo qui me cōſole tur: tunc merito poſſem de gratia ſperare tua: et de dono noue cōſolationis exultare. Gratias tibi vn̄ totum venit quotienſcūq3 michi bene ſuccedit. Ego autem vanitas et nichilū ante te incōſtans homo et infirmus. Unde ego poſſuꝫ gloriari: aut cur appeto reputari? Nunquid de nichilo? ⁊ hoc vaniſſimū eſt. Vere inanis gloria mala peſtis: vanitas maxima: q2 a vera trahit gloria: et celeſti ſpoliat gratia. Duꝫ eni homo cōplacet ſibi: diſplicet tibi: dum inhiat laudi-bus humanis: priuatur veris virtutib⁹. Eſt autem vera gloria et exultatio ſancta gloriari in te et non in ſe: gaudere in nomine tuo non in virtute propria: nec in aliqua creatura delectari niſi propter te. Lau detur nomen tuum non meum: magnificetur opus tuum non meum benedicatur nomen ſanctum tuū: nichil autē attribuatur michi de laudibus hominuꝫ

Tu gloria mea: tu exultatio cordis mei. In te gloriabor ꝛ exultabo tota die: pro me autē nichil niſi in infirmitatibꝰ meis. Querant iudei gloriā q̄ ab inuicē eſt: ego hanc requirā que a ſolo deo eſt. Omnis quidem gloria humana: omnis honor tēporalis: oīs altitudo mūdana eterne glorie tue cōparata vanitas ē ꝛ ſtulticia. O veritas mea ꝛ miſericordia mea deus meus: trinitas beata: tibi ſoli laus virtꝰ honor ꝛ gloria p̱ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## De contemptu omnis tēporalis honoris. Ca. xlvi

Fili noli tibi attrahere ſi videas alios honorari ꝛ eleuari: te autē deſpici ꝛ humiliari. Erige cor tuū ad me in celū: ꝛ nō cōtriſtabit te cōtemptus hominis in terris. Dn̄e in cecitate ſumus ꝛ vanitate cito ſeducimur. Si recte me inſpicio. nūq̄ michi facta eſt iniuria ab aliqua creatura: vnde nec iuſte habeo conqueri aduerſuꝫ te. Quia autē freq̄nter ꝛ grauiter peccaui tibi: merito armatur ɔtra me oīs creatura. Michi igitur iuſte debetur cōfuſio et cōtemptus: tibi aūt laus honor ꝛ gloria. Et niſi me ad hoc p̱parauero q̄ velim libenter ab omni creatura deſpici ꝛ relinqui atq̄ꝫ penitus nichil videri: non poſſum interius pacificari ꝛ ſtabiliri: nec ſpūaliter illuminari, neq̄ꝫ plene tibi vniri.

## Quod pax non eſt ponē da in hominibus. Ca. xlvii.

Fili ſi ponis pacē tuā cum aliquo perſona ꝓpter tuū ſentire ⁊ conuiuere: inſtabilis eris et impacatus. Sed ſi recurſum habes ad ſemper viuentē ⁊ manentē veritatē nō contriſtabit te amicus recedens aut moriens. In me debet amici dilectio ſtare: ⁊ ꝓpter me diligendus eſt quiſqȝ tibi bonus viſus eſt ⁊ multū carus ī hac vita. Sine me nō valet: nec durabit amicitia nec eſt vera ⁊ munda dilectio quā ego nō copulo. Ita mortuꝰ debes eſſe talibus affectionibꝰ dilectorū hoīum: vt q̄ſtum ad te ptinet ſine omni humano optares eſſe conſortio. Tanto homo deo magis appropinquat: q̄to ab omni ſolatio terreno longius recedit. Tanto etiā altius aſcēdit ad deū: q̄to ꝓfundius in ſe deſcēdit: ⁊ plus ſibiipſi vileſcit. Qui aūt aliquid boni ſibi attribuit: grāz dei in ſe venire impedit: quia gratias ſpūs ſancti cor humile querit ſemper. Si ſcires te perfecte annichilare atqȝ ab omni creato amore euacuare: tunc deberem in te cum magna grā emanare. Sȝ qn̄ tu reſpicis ad creaturas, ſubtrahitur tibi aſpectꝰ creatoris. Diſce te in oībus ꝓpter creatorē vincere: tunc ad diuinā valeris cognitionem pertingere. Quantūcunqȝ modicum ſit ſi inordinate diligitur ⁊ reſpicitur retardat a ſummo ⁊ viciat.

# ¶ Contra vanam et ſecularem ſcientiam. ¶ Ca. xlviii

Fili nō moueant te pulchra ꝛ ſubtilia dicta
hominū. Non enī eſt regnū dei in ſermone
ſed in virtute. Attēde verba mea q̄ corda ac
cendunt ꝛ mētes illuminant: inducūt cōpunctionem
ꝛ variā ingerunt cōſolationes. Nunq̄ȝ ad hoc legas
verbū. vt doctior aut ſapientior poſſis videri: ſȝ ſtu-
de mortificationē viciorū: quia hoc amplius tibi ꝓde
rit q̄ȝ noticia multarū difficiliū queſtionū. Cum mul
ta legeris ꝛ cognoueris ad vnū tñ oportet venire pri
cipiū. Ego ſum q̄ doceo hoīem ſcientiā ꝛ clariorē
intelligentiā paruulis tribuo: q̄ȝ ab hoīe poſſit doceri
Cui ego loquor cito ſapiens erit ꝛ multū in ſpū ꝓfi
ciet. Ve illis q̄ multa curioſa ab hominibꝰ inquirūt
ꝛ de via michi ſeruiendi parū curant. Veniet tēpus
qñ apparebit magiſter magiſtrorū xp̄us dñs angelorū
cunctorū auditurus lectiones: hoc eſt ſingulorū exami
naturus cōſcientias: ꝛ tunc ſcrutabit hieruſalē in lu
cernis: ꝛ manifeſta erūt abſcōdita tenebrarū: tacebūt
q̄ȝ argumenta linguarū. Ego ſum qui humilē in pū-
cto eleuo mentē: vt plures eterne veritatis capiat ra-
tiones q̄ȝ ſiquis decē ānis ſtudiſſet in ſcolis. Ego do
ceo ſine ſtrepitu verborū: ſine cōfuſione opinionū: ſine
faſtu honoris ſine pugnatione argumētorū. Ego ſuȝ
qui doceo terrena deſpicere: preſentia faſtidire: eter-

nã querere/eterna ſapere/honores fugere/ ſcandala ſufferre/omnẽ ſpem in me ponere:extra me nĩl cupere/ ⁊ ſuper omnia ardenter me amare. Nam quidam amando me intime didicit diuina: ⁊ loquebatur mirabilia. Plus profecit in relinquẽdo omnia q̃z in ſtudendo ſubtilia. Sed alijs loquor cõmunia. alijs ſpãlia: aliquibus in ſignis ⁊ figuris dulciter appareo quibuſdam vero in multo lumine reuelo myſteria. Una vox librorũ: ſed non omnes eque informat: quia intus ſum doctor veritatis: cordis ſcrutator: cogitationũ intellector: actionum promotor: diſtribuẽs ſingulis ſicut dignuz iudicauero.

## ¶ De nõ attrahẽdo ſibi res exteriores. ¶ Capi. xlix.

Fili in multis oportet te eſſe inſciũ: ⁊ eſtimare te tanq̃z mortuuz ſuper terram ⁊ cui tot⁹ mundus crucifixus ſit. Multa etiã oportet ſurda aure ꝑtranſire: ⁊ que tue pacis ſunt magis recogitare. Utilius eſt oculos a rebus diſplicentibus auertere ⁊ vnicuiq̃z ſuum ſentire relinquere: q̃z contẽtioſis ſmonib⁹ deſeruire. Si bñ ſteteris cũ deo ⁊ ei⁹ iudiciũ aſpexeris facili⁹ te victũ portabis. O dñe quouſq̃z venim⁹? Ecce dãnuz deflet̃ tpale: ꝓ modico q̃ſtu laborat̃, ⁊ curritur: ⁊ ſpirituale detrimẽtuz in obli-

uionem tranſit: ⁊ vix ſero redditur. Quod paruz vel nichil ꝓdeſt attenditur: ⁊ qđ ſumme neceſſarium eſt negligenter preteritur: quia totus homo ad externa defluit: ⁊ niſi cito reſipiſcat: libens in exteriorib⁹ iacet

## Quod omnibus non eſt credendum. et de facili lapſu verborum. capitulum. l.

Da michi auxiliū dñe de tribulatiōe qȝ vana ſalus hoīs. Quā ſepe ibi nō inueni fidē vbi me habere putaui: quotiens etiā ibi reperi: vbi minus preſumpſi. Vana ergo ſpes in hominibus: ſalus aūt iuſtoꝝ in te deus. Bñdictus ſis dñe deus in omnib⁹ que nobis accidunt. Infirmi ſumus ⁊ in[...]a biles: cito fallimur ⁊ ꝑmutamur. Quis eſt homo q̄ ita caute ⁊ circūſpecte in oībus ſe cuſtodire valet vt aliquādo in aliquā deceptionē vel ꝑplexitatez nō ve niat. Sȝ q̄ in te dñe cōfidit ac ſimplici ex corde querit nō taz facile labitur. Et ſi inciderit aliquā tribulatio nem quōmodocūqȝ etiā fuerit implicatus: citius ꝑ te eruetur aut a te cōſolabitur: qȝ tu nō deſeris in te ſpe rantem vſqȝ in finē. Rarus fid⁹ amicus in cūctis a mici ꝑſeuerans ꝑſſuris. Tu dñe tu ſolus es fideliſſi mus in oībus: ⁊ p̄ter te nō eſt alter talis. O q̄ʒ bñ ſa puit illa aīa ſancta q̄ dixit: mens mea ſolidata eſt in

xp̄o fundata . Si ita mecū foret: nō tam facile timor
human⁹ me ſollicitaret nec verboꝝ iacula mouerent
q̄s omīa ꝓuidere: q̄s precauere futura mala ſufficit.
Si preuiſa etiā ledunt ſepe/ quid improuiſa, niſi gra-
uiter etiā feriūt. Sed quare michi miſero non meli⁹
prouidi. Cur etiam tam facile aliis credidi. Sed ho
mines ſumus nec aliud q̄ fragiles homines ſumus
etiam ſi angeli a multis eſtimamur ⁊ dicimur . Cui
credam domine: cui credam niſi tibi ? Veritas es
que non fallis nec falli potes. Et rurſum: omis ho-
mo mendax/ infirmus/ inſtabilis ⁊ labilis/ maxime
in verbis: ita vt ſtatim vix credi debeat ꝙ rectū in fa
cie ſonare videtur: q̄ prudenter p̄monuiſti cauendū
ab hoībus ⁊ quia inimici hoīs domeſtici ei⁹ nec cre-
dendū ſi q̄s d xerit: ecce hic: aut ecce illic. Doct⁹ ſum
damno: ⁊ vtinā ad cautelā maiorē/ non ad inſipientiā
michi. Cautus eſto qdam ait: cautus eſto/ ſerua apd
te qđ dico. Et dum ego ſileo ⁊ abſconditū credo: nec
ille ſilere poteſt ꝙ ſilendū petijt/ ſed ſtatim ꝓdit me ⁊
ſe ⁊ abiit. Ab huiuſmodi fabulis ⁊ incautis hoībus
ꝓtege me dn̄e ne in manus eoꝝ incidā nec vnq̄ talia
cōmittā. Verbū verū ⁊ ſtabile da in os meū/ ⁊ lin-
guam callidā longe fac a me. Quod pati nolo: omi-
mode cauere debeo. O q̄ bonū ⁊ pacificū de aliis ſi-
lere/ nec aliud indifferenter oīa credere/ neq̄ de faci
li vlterius effari/ paucis ſeipſū reuelare: te ſemꝑ in
ſpectorē cordis q̄rere. nec oī vēto v̄borū circūferri
ſ3 oīa intima ⁊ externa ſm̄ tue bn̄placitū volunta-
tis optare pfici . Quātū ꝑ cōſeruatiōe celeſtis grē

humanā fugere apparentiā/nec appetere q̄ foris admirationē videntur pbere: ſed ea tota ſedulitate ſectari que vite emendationē dant ⁊ feruorem. Quā multis nocuit virtus ſcita ac pꝓpere laudata: q̄ȝ utilis fuit gratia ſilētio ſuata in hac fragili vita q̄ tota tēptatio fert ⁊ malicia.

## De cōfidētia in deo hn̄da qn̄ iſurgunt verboꝝ iacula. ca. li.

Fili ſta firmiter ⁊ ſpera in me. Quid enī ſūt verba niſi verba. Per aerē volant: ſed lapidem non ledūt. Si reus nō es: cogita ꝙ te libenter velis emendare. Si nichil tibi cōſcius es: pēſa ꝙ velis libenter ꝓ deo hoc ſuſtinere. Parū ſatis eſt ut vel verba interdū ſuſtineas qui necduȝ fortia verbera tolerare vales. Et quare tam parua tibi ad cor trāſeūt: niſi qꝛ adhuc carnalis es: ⁊ hoīes magis q̄ȝ oportet attēdis. Nā qꝛ deſpici metuis: rephendi ꝓ exceſſibꝰ nō vis: ⁊ excuſationū q̄ris vmbracula. Sȝ inſpice te meliꝰ ⁊ agnoſces qꝛ viuit adhuc in te mūdꝰ ⁊ vanꝰ amor placendi hoībꝰ. Cū enī baſſari refugis ⁊ ꝯfundi ꝓ defectibꝰ: ꝯſtat vtiqȝ ꝙ nec vere hūilis ſis nec vere mūdo mortuꝰ nec tibi mūdꝰ crucifixus. Sȝ audi v̄ba mea ⁊ nō curabis decē milia hoīum v̄ba. Ecce ſi cūcta cōtra te dicerent q̄ fingi maliciosiſſime poſſēt: qd tibi noceret ſi oīo trāſire pmitteres nec pluſ q̄ȝ feſtucā ppenderes. Nūqd vel vnū capillū tibi extrahere poſſet. Sȝ q coꝛ intus nō hȝ nec deū p̄ ocu-

lis: faciliter verbo mouet̄ vituperationis. Qui autē in me confidit nec ꝓprio iudicio ſtare appetit: abſqꝫ humano terrore erit. Ego enī ſum iudex ⁊ cognitor omnium ſecretoꝝ: ego ſcio qualit̄ res acta eſt: ego iniuriantē ꝫ noui ⁊ ſuſtinentē. A me erit verbū iſtud: me ꝑmittente hoc accidit/ vt reuelent̄ ex multis cordibꝰ cogitatiōes. Ego reū ⁊ innocentē iudicabo/ ſꝫ occulto iudicio vtrūqꝫ ante ꝓbare volui. Teſtimoniū hominū ſepe fallit: meū iudiciū verū ē: ſtabit ⁊ nō ſubuertet̄/ latet pleruqꝫ ⁊ paucis ad ſingula patet nūqꝫ tñ errat nec errare pōt: etiā ſi oculis inſipientiū nō rectū videat̄. Ad me ergo recurrendū eſt in oī iudicio nec ꝓprio innitēdū arbitrio. Iuſtus enī nō cōturbabit̄ qcqd a deo ei acciderit. Etiā ſi iniuſte aliqd cōtra eū ꝓlatū fuerit nō multū curabit. Sed nec vane exultabit ſi ꝑ alios rōnabilit̄ excuſet̄. Penſat nāqꝫ qꝛ ego ſū ſcrutās corda ⁊ renes, q nō iudico ſm̄ facieꝫ ⁊ hūanā apparētiā. Nā ſepe in oculis meis reperit̄ culpabile: qđ hoīm indicio credit̄ laudabile. Dn̄e deꝰ iudex iuſte fortis ⁊ patiēs q hoīm noſti fragilitatē ⁊ prauitatē, eſto robur meū ⁊ tota fiducia mea. Non enī mihi ſufficit ꝯſciētia mea: tu noſti qđ ego nō noui ⁊ iō in oī rephēſione me hūiliare debui et māſuete ſuſtinere. Ignoſce ergo mihi ꝓpitiꝰ quotiēs ſic nō egi: ⁊ dona iterū grām āplioris ſufferētie. Melior eſt enim mihi tua copioſa mīa ad ꝯſecutōeꝫ īdulgētie. qꝫ mea opinata iuſticia ꝓ defēſiōe latētis ꝯſciētie. Et ſi nihil mihi ꝯſciꝰ ſū/ tñ in hoc me iuſtificare nō poſſū/ qꝛ remota mīa tua tua nō iuſtificabit̄ in ꝯſpectu tuo omnis viuens.

## Quod omnia grauia pro eterna vita ſunt toleranda. Capitulum. lii.

Fili nō frangāt te labores quos aſſūpſiſti ꝓpter me nec tribulatōes te deiciant vſqȝ quaqȝ: ſed mea ꝑmiſſio in omi euētu te roboret et conſolet: ego ſufficiēs ſum ad reddendū ſupra omnē modū ⁊ menſurā. Non hic diu laborabis nec ſemꝑ grauaberis doloribꝰ. Expecta pauliſper ⁊ videbis celerē finē malorū. veniet vna hora quādo ceſſabit omis labor ⁊ tumultꝰ. Modicū eſt ⁊ breue omē quod trāſit cū tēpore. Age ergo vt agis fideliter labora in vinea mea: ego ero merces tua. Scribe: lege: canta: geme: tace: ora: ſuſtine viriliter cōtraria: digna eſt his omibus et maioribus prelijs vita eterna. Veniet pax in die vna que nota eſt dño. Non enim erit dies vel nox huius ſcilicet tēporis: ſed lux ꝑpetua: claritas infinita pax firma et requies ſecura. Non dices tunc: quis me liberabit de corpe mortis huiꝰ: nec clamabis / heu michi qȝ incolatꝰ meus prolōgatus eſt: qm̄ precipitabit mors: et ſalus erit indefectiua anxietas nulla: iocūditas beata: ſocietas dulcis et decora. O ſi vidiſſes ſctōrum in celo coronas ꝑpetuas quāta quoqȝ nūc exultāt gloria q huic mundo olim contēptibiles ⁊ quaſi vita ipſi indigni putabant: pro-

fectō te ſtatim humiliares vſqȝ ad terrā: et affectares potius oībus ſubeſſe ꝙ̄ vni preeſſe. nec hui⁹ vite letos dies cōcupiſceres: ſed magis ꝑ deo tribulari gauderes: et ꝓ nichilo inter homīes cōputari maximū lucrū duceres. O ſi tibi hec ſaperēt ⁊ ꝓfunde ad cor tranſirēt quō auderes vel ſemel ꝯqueri? Nōne pro vita eterna cuncta laborioſa ſunt tolleranda? Non eſt paruuȝ qd̄ lucrari aut perdere regnū dei. Leua igit̄ faciē tuā in celo. Ecce ego et omēs ſancti mei mecuȝ qui in hoc ſeculo magnū habuere certamen mō gaudent: mō cōſolant̄: et mō ſecuri ſūt: et modo requieſcūt et ſine fine in regno patris mei ꝑmanebunt mecum.

## De die eternitatis et hui⁹ vite anguſtiis. Ca. liii.

O Superne ciuitatis mā̄ſio beatiſſima. O dies eternitatis clariſſima quā nox nō obſcurat: ſed ſūma veritas ſemꝑ irradiat: dies ſemꝑ leta: ſemꝑ ſecura: et nūꝙ̄ ſtatū mutās in cōtraria. O vtinā dies illa illuxiſſet et cūcta hec tp̄alia finē accepiſſent. Lucet quidē ſanctis ꝑpetua claritate ſplēdida: ſed nō niſi a lōge ꝑ ſpeculū peregrinantib⁹ in terra. Norunt celi ciues ꝙ̄ gaudioſa ſit illa: gemunt exules filij eue ꝙ̄ amara et tedioſa ſit iſta dies hui⁹ tp̄is parui et mali: pleni dolorib⁹ et anguſtiis: vbi homo multis pc̄tis inquinat̄: multis paſſionib⁹ irretitur:

multis timoribus ſtringit᷑:multis curis diſtenditur :
et multis curioſitatibꝰ diſtrahit᷑:multis vanitatibus
implicat᷑:multis erroribꝰ circunfundit᷑: multis labo
ribus atteritur:temtationibꝰ grauat᷑:delicijs enerua
tur egeſtate cruciat᷑. O qñ finis horũ multoꝝ labo
rum:qñ liberabor a miſera ſeruitute viciorum . Qñ
memorabor dñe tui ſoliꝰ:qñ ad plenũ letabor in te .
Quãdo ero ſine omĩ impedimẽto ⁊ in vera libertate
ſine oĩ grauamine mẽtis et corꝑis . Quãdo erit pax
ſolida/pax imꝑturbabilis et ſecura: pax intus et fo/
ris:pax ab omni parte firma. Iheſu bone qñ ſtabo
ad videndũ te:qñ contẽplabor gloriã regni tui:quãdo
eris michi oĩa in oĩbus. O qñ ero tecũ in regno tuo
quod preparaſti dilectis tuis ab eterno . Relictꝰ ſũ
pauꝑ et exul in terra hoſtili. vbi bella quotidiana ⁊
infortunia maxima. Cõſolare exiliũ meũ:mitiga do/
lorem meũ:qꝛ ad te ſuſpirat omẽ deſideriũ meũ. Nã
onus michi totũ eſt quicqd mũdus hic offert ad ſola
tium. Deſidero te intime frui:ſed nequeo apphẽdere
Opto inherere celeſtibꝰ: ſꝫ deprimunt res tꝑales et
immortificate paſſiones. Mente oĩbus rebus ſuper
eſſe volo carni autẽ inuite ſubeſſe cogor . Sic ergo
infelix homo mecũ pugno:et factꝰ ſũ michi metipſi
grauis:dũ ſpũs ſurſũ et caro querit eſſe deorſũ. O
quid intus patior dũ mẽte celeſtia tracto et mox car
naliũ turba occurrit orãti. Deus meꝰ ne elõgeris a
me neqꝫ declines ĩ ira a ſeruo tuo. Fulgura coruſca
tionẽ tuã et diſſipabis eas:emitte ſagittas tuas et cõ
turbent᷑ oẽs fantaſie inimici. Recollige ſenſus meos

ad te. Fac me obliuiſci omniũ mũdanorũ: da cito ab-
icere et contẽnere fãtaſmata vitioꝝ. Succurre mi-
chi eterna veritas vt nulla me moueat vanitas. Ad-
ueni celeſtis ſuauitas et fugiat a facie tua ois impu
ritas. Ignoſce quoqꝫ michi et miſericorditer indul
ge quotiẽs preter te aliud i orone reuoluo. Cõfiteor
etenĩ vere qꝛ valde diſtracte me hr̃e cõſueui. Nã ibi
multotiẽs nõ ſum vbi corpaliter ſto aut ſedeo: ſꝫ ibi
magis ſum quo cogitationibꝰ feror. Ibi ſum vbi co
gitatio mea eſt. Vbi eſt frequẽter cogitatio mea: ibi
eſt id quod amo: hoc michi cito occurrit quod natu
raliter delectat aut ex vſu placet. Unde tu veritas
aperte dixiſti: Vbi enim eſt theſaurꝰ tuus: ibi eſt et
cor tuum. Si celum diligo / libenter de celeſtibus pẽ
ſo: ſi mudum amo felicitatibus mundi congaudeo: et
de aduerſitatibus eius triſtor. Si carnem diligo: que
carnis ſunt ſepiſſime ymaginor. Si ſpiritum amo:
de ſpiritualibus cogotare delector. Quecunqꝫ enim
diligo / de his libenter loquor et audio: atqꝫ talium
ymagines ad domum mecum reporto. Sed beatus
ille homo qui propter te domine omibus creaturis
abeundi licentiam tribuit: qui nature vim facit et cõ
cupiſcentias carnis feruore ſpiritus crucifigit: vt ſe-
renata conſcientia puram tibi orationem offerat: di
gnuſqꝫ ſit angelicis iteresse choris: omibus terrenis
foris et intus excluſis.

## De deſiderio eterne vite

## et quanta ſint certãtibus bona promiſſa. ¶ Ca·liiii.

Fili mi cũ tibi deſideriũ eterne beatitudinis deſup infundi ſentis et de tabernaculo corporis exire cõcupiſcis vt claritatẽ meã ſine viciſſitudinis vmbra contemplari poſſis: dilata cor tuũ et omni deſiderio hanc ſanctã inſpirationẽ ſuſcipe. Redde ampliſſimas ſupne bonitati grãs que tecũ ſic dignãter agit: clemẽter viſitat: ardẽter excitat: potẽter ſubleuat ne proprio ponere ad terrena labaris. Neqȝ enim hoc cogitatu tuo aut conatu accipis: ſed ſola dignatione ſupne gratie et diuini reſpectꝰ: quatenus in virtutibꝰ ⁊ maiori humilitate ꝓficias ⁊ ad futura certamina te prepares michiqȝ toto cordis affectu adherere ac feruẽti volũtate ſtudeas deſeruire. Fili ſepe ignis ardet: ſed ſine fumo flãma non aſcẽdit. Sic ⁊ aliquoꝝ deſiderata ad celeſtia flagrãt: ⁊ tñ a tentationeꝫ carnalis affectꝰ liberati nõ ſunt. Idcirco nec oĩno pure pro honore dei agunt ꝙ tam deſinãter ab eo petũt. Tale eſt ⁊ ſepe tuũ deſideriũ: quod iſinuaſti fore tam importunũ. Non enim eſt hoc purũ ⁊ perfectũ quod propria comoditate eſt infectũ. pete non quod tibi eſt delectabile ⁊ comodũ: ſed quod michi acceptabile eſt atqȝ honorificũ: quia ſi recte iudicas meã ordinationẽ tuo deſiderio et omi deſiderato preferre debes ac ſequi. Noui deſideriũ tuum ⁊ fre-

quentes gemitus audiuiſti: iam velles eſſe in libertate
glorie filiorū dei: iam te delectat domus eterna ⁊ ce-
leſtis patria gaudio plena: ſed nōdū venit hora iſta:
ſed eſt adhuc aliud tempus belli: videlicet temp⁹ la-
boris et probationis. Optas ſūmo repleri bono: ſꝫ
non potes hoc aſſequi modo. Ego ſū expecta me di-
cit dñs: donec veniat regnū dei. Probād⁹ es adhuc
in terris ⁊ in multis exercitand⁹. Conſolatio tibi in-
terdū dabit̄ ſed copioſa ſatietas nō ꝯceditur. Cōfor-
tare igit̄ et eſto robuſt⁹ tam in agendo ꝙ̄ in patiēdo
nature cōtraria. Oportet te nouū induere hominē
et in alterū virum mutari. Oportet te ſepe agere qđ
non vis: et quod vis oportet te relinquere. Quod a-
liis placet proceſſuꝫ habebit: qđ tibi placet vltra nō
proficiet. Quod alij dicūt audietur: qđ tu dicis ꝓ ni-
chilo cōputabitur. Petent alij et accipient tu petes
nec impetrabis. Erunt alij magni in ore hominū. de
te autē tacebit̄. Alijs hoc vel illud cōmitetur tu aūt
ad nichil vtile iudicaberis. Nam ꝓpter hoc natura
aliquādo cōtriſtabit̄: et magnū ſi ſimiles portaueris.
In his et ſimilibus multis probari ſolet fidelis dñi
ſeruus qualiter ſe abnegare ⁊ in oībus frāgere qui-
uerit. Vix eſt aliquid tale in quo tantundē mori indi-
ges: ſicut nō videri et pati que volūtati tue aduerſa
ſunt/ maxime autē cū diſconueniētia et que min⁹ vti-
lia tibi apparēt fieri iubētur. Et qꝛ non audes reſiſte-
re altiori poteſtati ſub dominio cōſtitut⁹/ idō durū ti-
bi videt̄ ad nutū alteri⁹ ambulare et omē propriū ſe-
tire omittere. Sed penſa fili horū fructū laboꝝ: cele-

rem finem atq; premiū nimis magnū: ⁊ non habebis
inde grauamē ſed fortiſſimū patientie tue ſolamen.
Nam et pro modica hac volūtate quā nunc ſponte
deſeris: habebis ſemꝑ voluntatē tuā in celis. Ibi qp
pe inuenies omne quod volueris: omē quod deſide
rare potes. Ibi aderit tibi totius facultas boni ſine
timore amittēdi. Ibi volūtas tua vna ſemꝑ mecū
nil cupiet extraneū vel priuatū. Ibi nullꝰ reſiſtet ti
bi: nemo de te cōqueret: nemo impediet: nil obuiabit
ſed cuncta deſiderata ſimul erūt preſētia: totūq; affe
ctum tuū reficiēt et adimplebūt vſq; ad ſummum.
Ibi reddā gloriā pro cōtumelia perpeſſa: pallium
laudis pro merore/pro loco nouiſſimo ſedē regni in
ſecula. Ibi apparebit fructꝰ obediētie: gaudebit la
bor penitētie: et humilis ſubiectio coronabit glorio
ſe. Nunc ergo te inclina humiliter ſub oīm manibꝰ
nec ſit cure quis hoc dixerit vel iuſſerit ſed hoc ma
gnopere curato vt ſiue prelatꝰ ſiue minor aut equa
lis aliquid a te expoſcerit vel innuerit pro bono to
tum accipias et ſincera volūtate ſtudeas adimplere.
Querat alius hoc: alius illud: glorietur ille in illo: et
iſte in iſto: laudeturq; milies mille tu aūt nec in iſto
nec in illo ſed tuiipſius gaudere cōtemptu: et in mei
ſolius beneplacito ac honore. Hoc optandum eſt
tibi: vt ſiue per vitam ſiue per mortem deus ſemꝑ in
te glorificetur.

## Qualit̄ hō deſolatꝰ debeat

Domine deus ſancte pater ſis nūc ⁊ ineter-
num benedictꝰ: quia ſicut vis factum eſt: et
quod facis bonū eſt. Letetur i te ſeruꝰ tuꝰ
non in ſe nec in aliquo alio: quia tu ſolꝰ leticia vera
tu ſpes mea et corona mea tu gaudiū meū et honor
meus dñe. Quid habet ſeruꝰ tuus niſi quod a te ac
cepit etiā ſine merito ſuo. Tua ſūt omia q̄ dediſti ⁊ q̄
feciſti. Pauper ſum et in laboribꝰ meis a iuuentute
mea et ꝯtriſtat̄ aia mea nōnunq̄ vſqʒ ad lachrymas
q̄nqʒ etiā conturbat̄ ad ſe ꝓpter iminētes paſſiones
Deſidero pacis gaudiū: pacē filiorū tuorū flagito: q
in lumie ꝯſolatōis a te paſcunt̄. Si das pacē: ſi gau-
diū ſctm̄ infūdis: erit aia ſerui tui plena modulatōe ⁊
deuota in laude tua. Sʒ ſi te ſubtraxeris ſicut ſepiſſi-
me ſoles non poterit currere viam mandatorū tuo-
rum ſed magis ad tundendum pectus genua incur-
bantur: quia non eſt illi ſicut heri/ et nudiuſtertius
quādo ſplendebat lucerna tua ſuper caput eius: et
ſub vmbra alarum tuarum protegebantur a tenta-
tionibus irruentibus. Pater iuſte et ſemper laudā-
de venit hora: vt probet̄ ſeruus tuꝰ. Pater aman-
de dignum eſt vt hora hac patiat̄ pro te aliquid ſer
uus tuus. Pater ꝑpetue venerande venit hora quā
ab eterno preſciebas affuturam: vt ad modicū tpūs
ſuccumbat foris ſeruus tuus: viuat vero ſemper a-
pud te intus paululum vilipendatur humilietur/ et

deficiat coraʒ hominib⁹/paſſionibus cōteratur ⁊ lā
guoribus/ vt iterum tecū in aurora noue lucis reſur
gat/ ⁊ in celeſtibus clarificet. Pater ſancte tu ſic or
dinaſti/ ⁊ ſic voluiſti/ ⁊ hoc factū ē quod ipe ꝑcepiſti
Hec eſt eni gr̄a ad amicū tuuʒ/ pati ⁊ tribulari ī mū
do ꝓ amore tuo quotienſcūqʒ a quocunqʒ ⁊ quocū
qʒ id permiſeris fieri. Sine cōſilio ⁊ ꝓuidentia tua ⁊
ſine cauſa nichil fit in terra. Bonū michi dn̄e ꝙ hu/
miliaſti me/ vt diſcaʒ iuſtificationes tuas/ ⁊ omnes
elationes cordis atqʒ ꝑſumptionis abiciā. Utile mi
chi ꝙ confuſio cooperuit faciē meam/ vt te potius
ꝙ̄ hoīes ad cōſolandum requirā. Didici etiā ex hoc
inſcrutabile iudiciū tuuʒ expaueſcere/ qui affligis iu
ſtum cū impio. ſed non ſine equitate ⁊ iuſticia. Gra/
tias tibi quia nō pepercisti malis meis/ ſed attriuiſti
me verberib⁹ amoris infligēs dolores/ ⁊ immittēs an/
guſtias foris ⁊ intus. Non eſt qui me conſoletur ex
omnibus que ſub celo ſunt niſi tu dn̄e de⁹ meus: cele
ſtis medicus aīaruʒ/ q percutis ⁊ ſanas/ deducis ad
inferos ⁊ reducis. Diſciplina tua ſuper me/ ⁊ virga
tua ipſa me docebit. Ecce pater dilecte in manib⁹ tu/
is ego ſum/ ſub virga correctionis tue me inclino/ ꝑ
cute dorſum meū ⁊ collū meū vt incuruē ad volūta
tem tuaʒ tortuoſitatē meā. Fac me piū ⁊ humilē di/
ſcipulū ſicut benefacere cōſueuiſti/ vt ambulē ad om
nes nutū tuuʒ. Tibi me ⁊ omnia mea ad corrigendū
cōmendo/ meli⁹ eſt hic corripi ꝙ̄ in futuro. Tu ſcis
omnia ⁊ ſingula/ ⁊ nil te latet in humana cōſciencia
Anteꝙ̄ fiāt noſti ventura: ⁊ non opus eſt tibi vt ga

te doceat aut admoneat de his que geruntur in ter-
ra. Tu ſcis qd expedit ad ꝓfectū meū: ⁊ q̄ntum deſer
uit tribulatio ad rubiginē vitioꝝ purgandā. Fac me
cum deſideratū bn̄placitū tuū ⁊ ne deſpicias peccami
noſam vitā meā: nulli melius nec clarius q̄ȝ tibi ſoli
notaȝ. Da michi dn̄e ſcire quod ſciendū eſt: hoc ama
re quod amandū eſt: hoc laudare quod tibi ſumme
placet: hoc reputare quod tibi p̄cioſuȝ apparet: hoc
vituperare quod oculis tuis ſordeſcit. Nō me ſinas
ſm viſionē oculoꝝ exteriorū iudicare neqȝ ſm audi-
tum auriū hoīum imperitoꝝ ſententiarū: ſed in iudi-
cio vero de viſibilib⁹ ⁊ ſp̄ualibus diſcernere: atqȝ ſu-
per oīa voluntatē bn̄placiti tui ſemꝑ inqrere. Fallū
tur ſepe hoīuȝ ſenſus in iudicando: falluntur ⁊ ama
tores ſeculi viſibilia tantūmodo amando. Quid eſt
homo inde melior q: reputatur ab hoīe maior. Fal
lax fallacē: vanus vanuȝ: cecus cecum: infirmus in
firmum decipit dum exaltat: ⁊ veraciter magis con
fundit: dum inaniter laudat. Nam quantum vnuſqſ
qȝ eſt in oculis tuis tantū eſt ⁊ non amplius ait hu-
milis ſanctus franciſcus.

## ¶ Quod humilibus inſiſtē dum eſt operibus cum defici- tur a ſummis. ¶ Capi. lvi.

Fili nõ vales ſemper in feruẽtiori deſiderio virtutũ ſtare nec in altiori gradu cõtẽplationis: ſed neceſſe habes interdũ ob originaleʒ corruptelã ad inferiora deſcendere ⁊ onus corruptibilis vite etiã inuite ⁊ cũ tedio portare. Quãdiu mortale corpus geris: tediuʒ ſenties ⁊ grauamen cordis. Oportet ergo ſepe in carne de carnis onere gemere eo ꝙ non vales ſpiritualibus ſtudijs ⁊ diuine cõtemplationi indeſinenter inherere. Tunc expedit tibi ad humilia ⁊ exteriora opera confugere ⁊ in bonis te actibus recreare: aduentũ meũ ⁊ ſupnam viſitationeʒ firma cõfidentia expectare: exiliũ tuũ ⁊ ariditatẽ mẽtis patienter ſufferre donec iteruʒ a me viſiteris: ⁊ ab omnibus anxietatibus libereris. Nam faciam te laboruʒ obliuiſci ⁊ interna quiete pfrui. Expandã corã te prata ſcripturarum: vt dilatato corde currere incipias viam mandatorũ meorũ ⁊ dices. Non ſunt cõdigne paſſiones huius temporis ad futurã gloriam que reuelabitur in nobis.

## ¶ Quod homo nõ reputet ſe conſolatione dignuʒ ſʒ magis verberibus reuʒ. Ca. lvij

Domine non ſum dignus conſolatione tua nec aliqua ſpirituali viſitatione: ⁊ ideo iuſte

mecũ agis qñ me inopẽ ⁊ deſolatũ relinquis. Si eniꝫ ad inſtar maris lachrymas fundere poſſem: adhuc cõſolatione tua dignus nõ eſſem. Unde nihil dign⁹ ſum q̃ꝫ flagellari ⁊ puniri. qꝛ grauiter ⁊ ſepe te offen di ⁊ in multis valde deliqui. Ergo vera penſata ra tione nec minima ſum dignus conſolatione: ſꝫ tu cle mens ⁊ miſericors q nõ vis perire opera tua: ad oſtẽ dendum diuitias bonitatis tue in vaſa mie tue etiam preter omne ꝓpriũ meritũ dignaris cõſolari ſeruũ tu um ſupra humanũ modũ. Tue eni cõſolationes nõ ſunt ſicut humane cõfabulationes. Quid egi dñe vt michi cõferres aliquã celeſtem cõſolationẽ. Ego ni chil boni me egiſſe recolo: ſed ſemꝑ ad vitia ꝓnũ et ad emendationẽ pigrũ fuiſſe. Uerũ eſt ⁊ negare non poſſum. Si aliter dicerẽ. tu ſtares cõtra me ⁊ nõ eſ ſet qui defenderet. Quid merui pro peccatis meis niſi infernũ ⁊ ignẽ eternuꝫ. In veritate cõfiteor qm̃ di gnus ſum omni ludibrio ⁊ cõtemptu nec decet me in ter deuotos tuos cõmorari. Et licet hoc egere audi am tñ aduerſum me ꝓ veritate peccata mea arguã: vt facili⁹ miſericordiã tuã merear impetrare. Quid dicam reus ⁊ omni confuſione plenus. Non habeo os loquendi niſi hoc tantũ verbum: peccaui dñe pec caui miſerere mei. ignoſce michi. Sine me paululuꝫ vt plangam dolorẽ meũ anteq̃ꝫ vadam ad terrã tene broſam ⁊ opertã mortis caligine. Et quid tam marie reo ⁊ miſero peccatore req̇ris niſi vt cõterat ⁊ hu miliet ſe ꝓ delictis ſuis. In vera cõtritione ⁊ cor dis humiliatione naſcitur ſpes venie: recõciliat̃ ꝑtur

bata cõſciẽtia reparatur gratia ꝑdita tuetur homo
a futura ira: ⁊ occurrũt ſibi mutuo in oſculo ſancto
deus ⁊ penitens aĩa. Humilis peccatoꝝ cõtritio ac
ceptabile tibi eſt dñe ſacrificiũ: lõge ſuauius odorãs
in conſpectu tuo q̃ꝫ thuris incenſum. Hoc eſt grati
etiã vnguentũ quod ſacris pedibus tuis infundi vo
luiſti: q꞉ coꝛ contritum ⁊ humiliatuꝫ nunq̃ꝫ deſperi
ſti. Ibi eſt locus refugii a facie ire inimici ibi emen
datur ⁊ abluitur quicq̃d aliunde contractũ eſt ⁊ in
quinatum.

## De gratia que nõ miſcet terrena ſapiẽtibꝰ. Ca. lviii.

Fili preciosa eſt gratia mea: nõ patitur ſe mi
ſceri extraneis rebus nec conſolationibꝰ ter
renis. Abiicere ergo opoꝛtet omnia impedi
menta gratie ſi optas eius infuſionẽ ſuſcipere. Pete
ſecretũ tibi ama ſolus habitare tecũ nullus require
confabulationẽ: ſed magis ad deũ deuotã effunde p
cem vt cõpunctã teneas mentẽ ⁊ purã conſcientiam.
Totũ mundũ nichil eſtima: dei vacationẽ omnibus
exterioꝛibus antepone. Non eñi poteris michi vaca
re ⁊ in tranſitoꝛiis pariter delectari. A notis ⁊ charis
amicis opoꝛtet elongari: ⁊ ab omni tpali ſolatio mẽ
tem tenere priuatã. Sic obſecrat beatus apoſtolꝰ pe
trus vt tanq̃ꝫ aduenas ⁊ peregrinos in hoc mũdo ſe
contineant chriſti fideles. O q̃ta fiducia erit moꝛi

ſtro quē nullius rei affectus detinet in mundo. Oʒ
ſic ſegregatum coꝛ habere ab omnibus: eger necesse eſt
capit animus nec aialis homo nouit interni homīs
libertatē. Attamen ſi vere velit eſſe ſpiritualis: opoꝛ
tet eū renunciare tam remotis ꝙ̄ ꝓpinquis: ⁊ a nemi
ne magis cauere ꝙ̄ a ſeipſo. Si temetipſuʒ ꝑfecte vi
ceris: cetera facilius ſubiugabis. Perfecta nāqʒ vi
ctoꝛia eſt de ſemetipſo triūphare. Qui eni ſemetipm
ſubiectū tenet vt ſenſualitas rationi ⁊ ratio in cūctis
obediat michi hic vere victoꝛ eſt ſui ⁊ dn̄s mūdi. Si
ad hunc apicē ſcandere gliſcis: opoꝛtet viriliter inci-
pere ⁊ ſecurim ad radicē ponere ut euellas ⁊ deſtru
as occultā ⁊ inoꝛdinatam inclinationē ad teipſum ⁊
ad omne priuatū ⁊ materiale bonū. Ex hoc vitio ꝙ
homo ſemetipſum nimis inoꝛdinate diligit: pene totū
pendet quicquid radicaliter vincendū eſt. Quo deuī
cto ⁊ ſubacto malo: pax magna ⁊ tranquillitas erit
continuo. Sed quia pauci ſibiipſis perfecte moꝛi la-
boꝛant nec plene extra ſe tendunt: propterea in ſe im
plicati remanēt nec ſupra ſe in ſpiritu eleuari poſſūt
Qui autē libere mecū ambulare deſiderat: neceſſe eſt
vt omēs prauas ⁊ inoꝛdinatas affectiones ſuas moꝛ
tificet: atqʒ nulli creature priuato amoꝛe cōcupiſcen
ter inhereat.

## ¶ De diuerſis motibus na-ture et gratie. ¶ Ca. lix

FIli diligenter aduertē motus nature ⁊ gra
tie quia valde cōtrarie ⁊ ſubtiliter mouent:
⁊ vix niſi a ſpūali et intimo illuminato hoīe
diſcernuntur. Omēs quidē bonū appetūt: ⁊ aliquid
boni in ſuis dictis vel factis pretendūt: ideo ſub ſpe-
cie boni multi falluntur. Natura callida eſt ⁊ multos
trahit illaqueat ⁊ decipit: ⁊ ſe ſemꝑ pro fine habet.
Sed grā ſimpliciter ambulat: ab omi ſpecie mala de
clinat: fallacias nō ptendit ⁊ oīa pure ꝓpter deū agit
in quo ⁊ finaliter requieſcit. Nature inuite vult mo
ri: nec premi: nec ſuperari: nec ſubeſſe nec ſpōte ſub
iugari. Gratia vero ſtudet mortificationi ꝓprie reſi
ſtit ſenſualitati querit ſubiici: appetit vinci: nec ꝓpria
vult libertate fungi ſub diſciplina amat teneri: nec a
licui cupit dn̄ari: ſed ſub deo ſemꝑ viuere ſtare ⁊ eē:
atqꝫ ꝓpter deum omni humane creature humiliter
parata eſt inclinari. Natura ꝓ ſuo comodo laborat
⁊ quid lucri ex alio ſibi ꝓueniat attēdit. Gratia autē
nō qd ſibi vtile ⁊ comodoſum ſit ſꝫ quod multis pro
ficiat magis cōſiderat. Natura libēter honorē ⁊ re-
uerētiā accipit. Grā vero oēm honorē ⁊ gloriā deo
fideliter attribuit. Natura cōfuſionē timet ⁊ cōtēptū.
Grā autē gaudet ꝓ noīe ieſu ꝯtumeliā pati. Natu-
ra ociū amat ⁊ qͥetē corporalē. Grā aūt vacua eē
nō pōt/ ſꝫ libenter amplectit laborē. Natura q̄rit cu
rioſa hr̄e ⁊ pulchra: ⁊ abhorret vilia ⁊ groſſa. Grā
vero ſimplicibꝰ delectat ⁊ humilibꝰ: aſpera nō aſp-
natur: nec vetuſtis refugit indui pānis. Natura reſpi
cit tpalia: gaudet ad lucra terrena: triſtat de dāno ir

ritatꝰ leui iniurie verbo. Sȝ grã attẽdit eterna:nõ in-
heret ꝑditioꝰ:nec in ꝑditione rerũ turbatꝰ neqȝ ṽbo
durioꝛiꝰ acerbatꝰ:qꝛ theſauꝝ ſuũ ⁊ gaudiũ in celo
vbi nil perit cõſtituit. Natura cupida eſt ⁊ liberius
accipit q̃ȝ donat:amat ꝓpꝛia ⁊ priuata. Grã aũt pia
eſt ⁊ cõis:vitat ſingularia/ꝯtentatꝰ paucis/beatiꝰ iu
dicat dare q̃ȝ accipere. Natura iclinat ad creaturas
ad carnẽ ꝓpꝛiã:ad vanitatẽ ⁊ diſcurſus. Sȝ grã tra
hit ad deũ ⁊ ad ṽtutes/renũciat creaturis fugit mũ
duȝ odit carnis deſideria:reſtringit euagatiões:erube
ſcit in publico apparere. Natura libẽꝰ aliqḋ ſolatiũ
hȝ externũ in quo delectetꝰ ad ſenſũ. Sȝ grã in ſolo
deo q̃rit cõſolari ⁊ in ſũmo bono ſuꝑ oĩa viſibilia de
lectari. Natura totũ agit ꝓpter lucrũ ⁊ comodũ pro
priũȝ:nichil gratis facere põt:ſȝ aut eq̃ale aut meliꝰ
aut laudẽ vel fauoꝛẽ ꝓ bñfactis cõſequi ſꝑat/⁊ mul
tum ponderari ſua geſta ⁊ dona cõcupiſcit. Gratia
ṽo nil tꝑale q̃rit nec aliud p̃miũ q̃ȝ deũ ſolũ ꝓ mer-
cede poſtulat/nec amplius de tꝑalibꝰ neceſſariis deſi
derat niſi q̃tũ hec ſibi ad aſſecutionẽ eternoꝝ valeãt
deſuire. Natura gaudet de amicis multis ⁊ ꝓpinqs:
gloriatꝰ de nobili loco ⁊ oꝛtu gñeris:arridet potẽtibꝰ
blãditꝰ diuitibꝰ:applaudit ſibi ſimilibus. Grã aũt ⁊
inimicos diligit:nec de amicoꝝ turba extollitꝰ nec locũ
nec oꝛtũ nataliũ reputat niſi ṽtus maioꝛ ibi fuerit:fa
uet magis pauꝑi q̃ȝ diuiti:cõpatitꝰ pluꝰ innocẽti q̃ȝ potẽ
ti ꝯgaudet ṽaci nõ fallaci:exhoꝛtatꝰ ſꝑ bonos melio-
ra cariſmata emulari ⁊ filio dei ꝑ ṽtutes aſſimilari.
Natura de defectu ⁊ moleſtia cito cõqueritur. Grã

conſtãter fert inopiam. Natura om̄ia ad ſe reflectit pro ſe certat et arguit. Gratia autē ad deū cuncta reducit vnde originaliter emanat: nichil boni ſibi aſcribit nec arrogãter preſumit non contēdit nec ſuaꝫ ſententiā aliis prefert ſꝫ in om̄i ſenſu ⁊ intellectu eterne ſapientie ac diuino examini ſe ſubmittit. Natura appetit ſcire: ⁊ noua ſecreta audire. vult exteriꝰ apparere et multa p ſenſus experiri: deſiderat agnoſci et agere vnde laus et admiratio ꝓcedit. Sed gratia nō curat noua nec curioſa ꝑcipere quia totū hoc de vetuſtate corruptionis eſt ortū cū nichil nouū et durabile ſit ſup terrā. Docet itaqꝫ ſenſꝰ reſtringere: vanā complacentiā et oſtentationeꝫ deuitare: laudanda et digne mirãda humiliter aſcōdere et de om̄i re et de om̄i ſciētia vtilitatis fructū atqꝫ dei laudē et honorem querere. Non vult ſe nec ſua predicari ſed deū in donis ſuis optat benedici qui cuncta ex mera charitate largit̄. Nec gratia ſupnaturale lumē et quoddam dei ſpeciale donū eſt et proprie electoꝝ ſignaculum et pignus ſalutis eterne: que hoiem de terrenis ad celeſtia amanda ſuſtollit et de carnali ſpiritualeꝫ efficit. Quãto igit̄ nã amplius premit̄ et vincit̄ tãto maioꝝ gr̄a infūditur: et quotidie nouis viſitationibꝰ interioꝝ homo ſecundū imaginē dei reformatur.

## ¶ De corruptōe nature ⁊ efficatia gratie diuine ¶ Ca. lx

DOmine deus meꝰ qui me creaſti ad imagi
nem et ſimilitudinē tuā cōcede michi hanc
gratiā quā oſtēdiſti michi tam magnā ⁊ ne
ceſſariā ad ſalutē vt vincā peſſimā naturā meā tra-
hentem ad pctā et in perditionē. Sentio eni in carne
mea legē pcti cōtradicentē legi mētis mee et captiuū
me ducentē ad obediendū ſenſualitati in multis nec
poſſum reſiſtere paſſionibꝰ eius niſi aſſiſtat tua ſan-
tiſſima gratia cordi meo ardenter infuſa. Opus eſt
gratia tua et magna grā vt vincat̄ natura ad maluꝫ
ſemꝑ prona ab adoleſcētia ſua. Nam ꝑ primū ho-
minē adam lapſa ⁊ vitiata ꝑ peccatū: in omēs homi
nes pena huiꝰ macule deſcendit: vt ipſa natura q̄ bo
na et recta a te cōdita fuit pro vitio iam ⁊ infirmita
te corrupte nature ponat̄: eo ꝙ motus eius ſibi reli-
ctus ad malū et inferiora trahat. Nam modica vis
que remāſit eſt tanꝗ̄ ſcintilla quedā latēs in cinere.
Nec eſt ipſa ratio naturalis circūfuſa magna caligi
ne adhuc iudiciū habēs boni et mali: veri falſiqꝫ di
ſtantiā licet impotēs ſit adimplere omē quod appro
bat: nec pleno iam lumine veritatis nec ſanitate af-
fectionū ſuaꝝ potiat̄. hinc eſt deus meꝰ ꝙ ꝯdelector
legi me ſcdm interiorē hominē ſciēs mandatū tuū fo
re bonū iuſtū et ſanctū: arguēs etiā oē malū et pctm
fugiendū: carne autē ſeruio legi pcti dū magis ſēſua
litati obedio ꝗ̄ ratiōi. Hinc eſt ꝙ velle bonū michi
adiacet: ꝑficere autē nō inuenio. Hinc ſepe multa bo
na ꝓpono: ſed q̄ grā deeſt ad adiuuandū infirmitateꝫ
meā ex leui reſiſtētia reſilio ⁊ deficio. Hinc accidit ꝙ

viam ꝑfectionis agnoſco: et qualiter agere debeā cla
re ſatis video: ſed ꝓprie corruptionis podere preſſ⁹
ad perfectiora aſſurgo. O q̄ꝫ maxime eſt michi ne-
ceſſaria dn̄e gr̄a tua ad inchoandū bonū: ad proficiē
dum et ad perficiendū. Nam ſine ea nichil poſſū fa
cere: omnia autē poſſum in te. confortāte me gr̄a. O
vere celeſtis gratia ſine qua nulla ſūt ꝓpria merita:
nulla quoqꝫ dona nature ponderāda. Nichil artes
nichil diuitie: nichil pulchritudo vel fortitudo: nichil
ingeniū vel eloquētia valēt apud te dn̄e ſine gratia.
Nam dona nature bonis et malis ſūt cōmunia: ele-
ctorū autē propriū donū eſt gr̄a ſiue dilectio qua inſi
gniti digni habentur vita eterna. Tantū eminet hec
gr̄a vt nec donuꝫ ꝓphetie nec ſignorū opatio nec q̄ꝫ-
talibet alta ſpeculatio aliquid eſtimet̄ ſine ea. Sed
neqꝫ fides: neqꝫ ſpes: neqꝫ alie virtutes tibi accepte
ſūt ſine charitate et gr̄a. O beatiſſima gratia q̄ pau-
perem ſpū virtutib⁹ diuitē facis et diuitē multis bo
nis humilē corde reddis: veni deſcende ad me reple
me mane cōſolatione tua ne deficiat pre laſſitudine
et ariditate mētis aīa mea. Obſecro dn̄e vt inueniaꝫ
gratiā in oculis tuis ſufficit enī michi gratia tua ce-
teris nō obtētis que deſiderat natura. Si fuero tēta
tus, ⁊ vexat⁹ tribulationib⁹ multis: nō timebo mala
dū mecū fuerit gr̄a tua. Ipſa fortitudo mea: ipſa cō
ſiliū cōfert et auxiliū. Cunctis hoſtib⁹ potētior eſt et
ſapiētior vniuerſis ſapientib⁹. Magiſtra ē veritatis
doctrix diſcipline: lumē cordis ſolamē preſſure: fuga
trix triſticie: oblatrix timoris: nutrix deuotōis ꝓductrix

lacrimari. Quid ſũ ſine ea niſi aridũ lignũ: et ſtipes inutilis ad eiciendũ. Tua ergo me dñe gr̃a ſemꝑ preueniat et ſequat ac bonis operibus iugiter pſtet eſſe intẽtum: per ieſum chriſtũ filium tuum. Amen.

# Quod nosipos abnegare et christum imitari debemus per crucem. Ca. lvi.

Fili q̃ntũ te vales exire tantũ in me poteris tranſire. Sicut nichil foris cõcupiſcere internã pacẽ facit: ſic ſe interiꝰ relinq̃re deo cõiungit. Volo te addiſcere pfectã abnegationẽ tui in volũtate mea ſine cõtradictõe ⁊ q̃rela. Seq̃re me: ego ſũ via veritas et vita ſine via nõ itur: ſine veritate nõ cognoſcit: ſine vita nõ viuit. Ego ſũ via q̃ ſeq debes veritas cui credere debes vita q̃ ſperare debes. Ego ſũ via inuiolabilis: veritas infallibilis: vita iterminabilis. Ego ſũ via rectiſſima: veritas ſupma: vita vera vita beata: vita icreata. Si mãſeris i vita mea: cognoſces veritatẽ: et veritas liberabit te et apprehendes vitã eternã. Si vis ad vitã ingredi: ſerua mandata. Si vis veritatẽ cognoſcere crede michi. Si vis pfectus eſſe vẽde oĩa. Si vis eſſe diſcipulꝰ meꝰ abnega temetipm. Si vis beatã vitã poſſidere: preſentẽ vitã contẽne. Si vis exaltari in celo. humilia te in mundo. Si vis regnare mecum: porta crucem mecum.

Soli enim ſerui crucis inueniũt viaȝ beatitudinis et vere lucis. Dñe ieſu xpe q2 arta eſt via tua ⁊ mũdo deſpecta: dona michi tecũ mundi deſpectum imitari. Non enĩ maior eſt ſeruꝰ dño ſuo nec diſcipulus ſup magiſtrũ. Exerceatᷣ ſeruus tuꝰ in vita tua: quia ibi ē ſalus mea et ſãctitas vera. Quicqd extᷓ eam lego vel audio nõ me recreat nec delectat plene. Fili quia hec ſcis et legiſti omia beatꝰ eris ſi feceris ea. Qui habet mãdata mea et ſeruat ea: ipſe eſt q diligit me: et ego diligã eũ et manifeſtabo ei meipſũ ⁊ faciã euȝ cõſedere mecũ in regno patris mei. Dñe igiᷣ ſicut dixiſti et promiſiſti: ſic vtiqȝ michi ꝓmereri contingat. Suſcepi de manu tua crucē: portabo eam vſqȝ ad mortē ſicut ipoſuiſti michi. Uere vita boni monachi crux eſt: ſed dux paradiſi. Inceptuȝ ē retro abire nõ licet: nec relinquere oportet. Eya fratres ꝑgamus ſi mul: ieſus erit nobiſcũ. Propter ieſum ſuſcepimus hanc crucem: propter ieſum pſeueremus in cruce. Erit adiutor noſter qui eſt dux noſter et preceſſor. En rex noſter ingreditur ante nos qui pugnabit pro nobis. Sequamur viriliter nemo metuat terrores ſimus parati mori fortiᷣ in bello: nec inferamꝰ crimē glorie noſtre vt fugiamus a cruce.

## ¶ Quod homo ſit nimis de iectus quando in aliquos la-

bitur defectus. ¶ Ca. lxii.

Nili magis placet michi patiētia ⁊ humilitas in aduerſis ꝙ̃ multa cōſolatio et deuotio in proſperis. Ut quid te ꝯtriſtat paruum factū cōtra te dictū? Si amplius fuiſſet: ꝯmoueri non debuiſſes. ſed nunc dimitte tranſire: nō eſt primū nec nouū nec vltimū erit ſi diu vixeris. Satis vilis es ꝙ̃ diu nil obuiat aduerſi. bene etiā cōſulis: et alios noſti roborare verbis: ſed cū ad ianuā tuā venit repētina tribulatio deficis ꝯſilio et robore. Attēde magnā fragilitatē tuā quā ſepius experiris in modicis obiectis. Tamen ꝓ ſalute tua iſta fiunt. Cū hec et ſimilia cōtingunt. pone melius noſti ex corde: et ſi te tetigit nō tn̄ deiciat nec diu implicet. Ad minus ſuſtine patiēter ſi non potes gaudēter. Etiā ſi minus libēter audis et indignationē ſentis. Reprime te: nec patiaris aliqd inordinatū ex ore tuo exire vnde paruuli ſcandalizent. Cito cōquieſcere cōmotio excitata et dolor internus reuertente gratia dulcorabit. Adhuc viuo ego dicit dn̄s iuuare te paratus ⁊ ſolito amplius cōſolari ſi confiſus fueris michi et deuote inuocaueris. Animequior eſto et ad maiorē ſuſtinentiā accingere. Non ē totuȝ fruſtratū ſi te ſepius ꝑcipis tribulatū vel grauiter temptatum. Homo es et non deus: caro es et nō angelus. Quomodo tu poſſes ſemꝑ in eodem ſtatu virtutis permanere: quādo hoc defuit āgelo in celo et primo homini in paradiſo: qui non diu ſteterūt. Ego ſum

qui merentes erigo ſoſpitate: ⁊ ſuā cognoſcētes infir
nitatem ad meā proueho diuinitatē. Dñe. benedictū
ſit verbū tuū: dulce ſup mel et fauū ori meo. Quid
facerē in tantis tribulationibꝰ ⁊ anguſtiis meis niſi
me cofortares tuis ſanctis ſermonibꝰ. Dūmodo tā
dem ad portū ſalutis perueniā: quid cure eſt q̄ ⁊ quā
ta paſſus fuero. Da finem bonū: da felicem ex hoc
mundo tranſitū. Memēto mei deus meus: et dirige
me recto itinere in regnū tuum. Amen.

## De altioribus rebus et occultis iudiciis dei non ſcrutādis. Capi. lviii.

Fili caueas diſputare de altis materiis et
de occultis dei iudiciis. Cur iſte ſic relinqui
tur et ille ad tantā gratiā aſſumit: cur etiā
iſte tantū affligit ⁊ ille tā eximie exaltat. Iſta omnē
humanā facultatē excedūt: nec ad inueſtigandū iudi
cium diuinū vlla ratio p̄ualet vel diſputatio. Qñ er
go hec tibi ſuggerit inimicꝰ vel etiā quidā curioſi in
quirunt homines reſponde illud pphete. Iuſtus es
dñe et rectū iudiciū tuum. Et illud. Iudicia domini
vera iuſtificata in ſemetipſa. Iudicia mea metuēda
ſūt nō diſcutiēda quia hūano intellectui ſunt incom
prehenſibilia. Noli etiā inquirere vel diſputare de

meritis ſanctorū quis alio ſanctior aut quis maior
fuerit in regno celorū. Talia generāt ſepe lites et cō-
tentiones inutiles: nutriūt quoqꝫ ſupbiam et vanaꝫ
gloriā: vnde oriunt inuidie et diſſenſiones: dū iſte illū
ſanctū et alius aliū conať ſupbe preferre. Talia au-
tem velle ſcire et inueſtigare: nullū fructū afferūt: ſꝫ
magis ſanctis diſplicet: quia nō ſum deꝰ diſſenſionis
ſed pacis: que pax magis in humilitate vera q̄ in ꝓ-
pria exaltatione cōſiſtit. Quidā zelo dilectionis tra-
huntur ad hos vel ad illos ampliori affectu: ſed hu-
mano potiꝰ q̄ diuino. Ego ſum qui cūctos condidi
ſanctos: ego donaui gratiā: ego preſtiti gloriam: ego
noui ſingulorū merita: ego preueni eos in benedictio-
nibus dulcedinis mee: ego preſciui dilectos ante ſe-
cula: ego eos elegi de mūdo non ipſi me preelegerūt
ego vocaui per gratiaꝫ attraxi per miām ego pduxi
eos ꝑ tentatōes varias ego infudi cōſolationes ma-
gnificas ego dedi perſeuerantiā ego coronaui eorū
patientiā: ego primū et nouiſſimū agnoſco: ego oēs
ineſtimabili dilectōe āplector: ego laudandꝰ ſū in oī-
bus ſctis meis: ego ſup oia bn̄dicendꝰ ſū ⁊ honorā-
dus in ſingulis: quos ſic glorioſe magnificaui et pde-
ſtinaui ſine vllis ꝓcedētibꝰ ꝓpriis meritis. Qui ergo
vnū de minimis contēpſerit: nec magnū honorat: qꝛ
puſillū ⁊ magnū ego feci. Et q̄ derogat alicui ſcōꝝ: de-
rogat mihi et ceteris oibꝰ in regno celorū. Oēs vnū
ſūt ꝑ caritatis vinculū: idē ſentiūt: idē volūt ⁊ oēs in
vnū ſe diligūt. Adhuc aūt qđ multo altiꝰ ē: plꝰ me q̄
ſe ⁊ ſua merita diligūt. Nā ſup ſe rapti ⁊ extra ꝓpriā

dilectionem tracti:toti in amoꝛē mei pergunt:in quo ⁊ fruitiue quieſcunt. Nichil eſt quod eos auertere poſſit aut deprimere:qppe q eterna ꝟitate pleni igne ardeſcunt inextinguibilis charitatis. Taceant igitur carnales ⁊ aīales homīes de ſanctoꝝ ſtatu diſſerere q nō noꝛūt niſi priuata gaudia diligere. Demūt ⁊ addunt ꝓ ſua inclinatione:nō ꝓut placet eterne veritati. In multis eſt ignoꝛantia:eoꝛū maxime q paruz illuminati raro aliquē ꝑfecta dilectione ſpūali diligere noꝛūt. Multi adhuc naturali affectu ⁊ humana amicitia ad hoc vel ad illos trahūtur:⁊ ſicut in inferioꝛibus ſe habēt:ita ⁊ de celeſtibus imaginant̄. Sz eſt diſtantia incōparabilis quā īꝑfecti cogitat et q̃ illuminati viri ꝑ reuelationē ſupernā ſpeculant̄. Caue ergo fili de iſtis curioſe tractare que tuā ſcientiaz excedunt:ſed hoc magis ſatage ⁊ intende vt vel minimus in regno dei queas inueniri. Et ſi qſpiam ſciret qs alio ſanctioꝛ eſſet vel maioꝛ haberet̄ in regno celoꝛū qd ei hec noticia prodeſſet:niſi ſe ex hac cognitione coꝛā me humiliaret: ⁊ in maioꝛez nōīs mei laudez exurgeret. Multo acceptius deo facit:q de peccatoꝛuz ſuoꝝ magnitudine ⁊ virtutū ſuarū prauitate cogitat:⁊ q̄ꝫ longe a ſcōꝝ perfectiōe diſtat: q̄ꝫ is q de eoꝛū maioꝛitate vel paruitate diſputat. Melius eſt ſanctos deuotis precibus ⁊ lachꝛymis exoꝛare:et eoꝛuz glorioſa ſuffragia humili mente imploꝛare q̄ꝫ eoꝛū ſecreta vana inquiſitione ꝑſcrutari. Illi bn̄ et optime contentant̄ ſi homines ſcirēt cōtentari ⁊ vaniloquia ſua compeſcere. Non gloꝛiantur de ꝓpꝛiis

meritis:quippe qui ſibi nil bonitatis aſcribunt:ſed to
tum michi:qm̄ ipſis cuncta ex infinita charitate mea
donaui. Tanto amore diuinitatis ⁊ gaudio ſuperfflu
enti replentur: vt nichil eis deſit glorie:nichilqȝ poſ-
ſit deeſſe felicitatis. Omēs ſancti quanto altiores in
gloria:tanto humiliores in ſeipſis ⁊ mihi viciniores
⁊ dilectiores exiſtunt. Ideoqȝ habes ſcriptū:qꝛ mit
tebant coronas ſuas ante deuȝ et ceciderūt in facies
ſuas corā agno ⁊ adorauerūt viuentē in ſecula ſecu
lorū: Multi quidē querunt quis maior ſit in regno
dei/qui ignorāt an cū minimis erunt digni cōputari.
Magnū eſt vel minimuȝ eſſe in celo: vbi oēs magni
ſunt:quia omnes filij dei vocabūtur ⁊ erunt. Mini
mus erit in mille:⁊ peccator centū annoꝝ morietur.
Cum enī quererēt diſcipuli qs maior eſſet in regno
celorū:tale audierūt reſponſum. Niſi cōuerſi fueritis
⁊ efficiamini ſicut paruuli:non intrabitis in regnū ce
lorum. Quicūqȝ ergo humiliauerit ſe ſicut paruulꝰ
iſte/hic maior eſt in regno celorū. Ve eis qui cū par
uulis humiliare ſe ſponte dedignantur: qm̄ humilis
ianua regni celeſtis eos nō admittet intrare. Ve etiā
diuitibus q habent hic cōſolationes ſuas:qꝛ paupe-
ribus intrantibꝰ in regnū dei ipſi ſtabunt foras euigi
lantes. Gaudete humiles et exultate pauperes:quia
veſtrū eſt regnuȝ dei:ſi tamen in veritate ambulatis.

## Quod omnis ſpes ⁊ fidu

## cia in ſolo deo eſt figenda.

## ¶ Capitulum .lviiii.

DOmine que eſt fiducia mea quã in hac vi-
ta habeo: aut quod maius ſolatiũ meum ex
omnibus apparentibus ſub celo. Nõne tu dñe
de⁹ meus. cui⁹ miſericordie nõ eſt numerus. Vbi mi-
chi bene fuit ſine te: aut qñ male eſſe potuit preſente
te. Malo pauper eſſe ꝓpter te q̃ꝫ diues ſine te. Eligo
potius tecum in terra peregrinari q̃ꝫ ſine te celũ poſſi
dere. Vbi tu ibi celum: atqꝫ ibi mors ꝛ infern⁹ vbi
tu non es. Tu michi in deſiderio es: ꝛ ideo poſt te ge
mere ꝛ clamare ꝛ orare neceſſe eſt. In nullo deni
qꝫ poſſum plene confidere qui in neceſſitatibus auxi
lietur oportunis niſi in te ſolo deo meo. Tu es ſpes
mea ꝛ fiducia mea: tu cõſolator meus ꝛ fideliſſim⁹
in omnibus. Omnes que ſua ſunt querunt: tu ſalu-
tem meam ꝛ ꝓfectum meũ ſolũmodo pretendis: et
omnia in bonũ michi cõuertis: etiã ſi variis tentatio
nibus ꝛ aduerſitatibus exponas. Hoc totũ ad vtili-
tatem meã ordines: qui mille modis dilectos tuos ꝓ
bare cõſueuiſti. In qua probatione non minus dili-
gi debes ꝛ laudari q̃ꝫ ſi celeſtibus cõſolationibus me
repleres. In te ergo dñe deus pono totam ſpem me
am ꝛ refugiũ in te omnẽ tribulationẽ ꝛ anguſtiã me
am conſtituo: quia totum infirmum ꝛ inſtabile inue-
nio quicquid extra te cõſpicio. Non enim prode-

runt multi amici: neqꝫ fortes auxiliarij adiuuare po
terunt: neqꝫ prudentes conſiliarii reſponſum vtile da
re neqꝫ liber doctorum conſolari: nec aliqua precioſa
ſubſtantia liberare: nec locus aliquis ſecretus cõcu
tari ſi tuipſe non aſſiſtas: iuues: confortes cõſoleris
inſtruas ⁊ cuſtodias. Omnia nãqꝫ que ad pacẽ vi
dentur eſſe ⁊ felicitatem habendam: te abſente nichil
ſunt: nichilqꝫ felicitatis in veritate conferunt. Finis
ergo omniũ bonorũ ⁊ altitudo vite ⁊ profũditas elo
quiorũ tu es: et in te ſuper omnia ſperare fortiſſimũ
ſolatium ſeruorum tuorũ. Ad te ſunt oculi mei: in te cõ
fido deus meus miſericordiarum pater. Benedic et
ſanctifica animam meam benedictione celeſti: vt fiat
habitatio ſancta tua ⁊ ſedes eterne glorie tue: nchil
qꝫ in templo tue dignitatis inueniatur quod oculos
tue maieſtatis offendat. Scdm magnitudinem boni
tatis tue ⁊ multitudinem miſerationũ tuarũ reſpice
in me ⁊ exaudi orationẽ pauperis ſerui tui lõge exul
tantis in regione vmbre mortis. Protege ⁊ cõſerua
animam ſeruuli tui inter tot diſcrimina vite corrupti
bilis: ac comitante gratia tua dirige per viam pacis
ad patriam perpetue claritatis.

Explicit liber tertius:
Incipit quartus.

## Deuota exhortatio ad ſacram corpis xpi cõmunionez Vox xpi:

VEnite ad me omẽs q laboratis et onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos dicit dñs. Panis quẽ ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita. Accipite ⁊ comedite hoc eſt corpus meum: qḋ ꝓ vobis tradet̃. hoc facite in meã cõmemorationẽ. Qui mãducat carnez meã ⁊ bibit meũ ſanguinẽ in me manet ⁊ ego in illo. Verba que ego locutus ſum vobis ſpiritꝰ ⁊ vita ſunt.

## Cum quanta reuerentia chriſtꝰ ſit ſuſcipiendꝰ. Ca. i.

HEc ſunt verba tua chriſte veritas eterna: q̃uis non vno tẽpore prolata nec vno in loco cõſcripta. Quia ergo tua ſunt verba gratãter michi ⁊ fideliter cuncta ſunt accipiẽda. Tua ſũt et tu ea protuliſti, ⁊ mea quoqꝫ ſunt quia pro ſalute mea edidiſti. Libenter ſuſcipio ea ex ore tuo: vt artiꝰ inſerantur cordi meo. Excitant me verba tante pieta

tis plena dulcedinis ⁊ dilectionis/ſed terrēt me deli-
cta propria ⁊ ad capiēda tanta myſteria me reuerbe
rat impura cōſciētia. Prouocat me dulcedo verbo
rū tuoꝝ:ſꝫ onerat me multitudo vitiorū meoꝝ. Iu
bes vt fiducialiter ad te accedā ſi tecū velim habere
partē:ut immortalitatis accipiā alimoniā ſi eternā cu
piam obtinere vitā ⁊ gloriā. Venite inqt ad me om-
nes q laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. O
dulce ⁊ amicabile verbū in aure peccatoris:ꝙ tu do
mine deꝰ meus egenū ⁊ pauperē inuitas ad cōmuni
onē tui ſanctiſſimi corporis. Sed quis ego ſuꝫ dn̄e
vt ad te preſumā accedere. Ecce celi celorū te nō ca-
piūt ⁊ tu dicis:venite ad me oēs. Quid ſibi vult iſta
piiſſima dignatio ⁊ tam amicabilis inuitatio. Quo-
modo auſus ero venire:qui nichil boni michi cōſciꝰ
ſum. Vnde poſſum preſumere. Quō te introducaꝫ
in domū meā q ſepius offendi benigniſſimā faciē tuā
Reuerentur angeli ⁊ archangeli metuūt ſancti ⁊ iu
ſti:et tu dicis:venite ad omnes. Niſi tu dn̄e hoc dice-
res:quis verū eſſe crederet:⁊ niſi tu iuberes:quis ac
cedere attentaret. Ecce noe vir iuſtus in arche fabri
ca centū annis laborauit vt cū paucis ſaluaret:⁊ ego
quomodo me potero vna hora preparare vt mundi
fabricatorem cū reuerētia ſumā. Moyſes famulus
tuus magnus ⁊ ſpecialis amicus tuꝰ archā ex lignis
imputribilibus fecit quā ⁊ mūdiſſimo veſtiuit auro
vt tabulas legis in eis reponeret:⁊ ego putrida crea
tura audebo te cōditorē legis ac vite datorē tam fa-
cile ſuſcipere. Salomon ſapientiſſimꝰ regū iſrael me

gnificum templum ſeptem annis in laudē nomīs tui edificauit:et octo diebus feſtuꝫ dedicationis eius ce lebrauit mille hoſtias pacificas obtulit/ ⁊ archaꝫ fe deris clangore buccine et iubilo in locum ſibi p̄para tum ſolēniter collocauit ⁊ ego infelix ⁊ pauperrimꝰ hoīum quō te in domū meā introducam:qui vix me diam expendere deuote noui horā: ⁊ vtinā vel ſemel digne fere mediā. O mi deus q̄ꝫ cum illi ad placendū tibi agere ſtuduerunt. Heu q̄ꝫ puſilluꝫ eſt qō ago: q̄ꝫ breue expleo tempus cū me ad cōmunicandū diſpo no:raro totus collectus:rariſſime ab oī diſtractione purgatus. Et certe in tua ſalutari deitatis preſentia nulla deberet occurrere indecēs cogitatio/ nulla etiā occupare creatura:qꝛ non angelū ſed angelorū dn̄m ſuſcepturus ſuꝫ hoſpitio. Eſt tamē valde magna di ſtantia inter archā federis cū ſuis reliqs/ ⁊ mundiſſi muꝫ corpus tuū cū ſuis ineffabilibꝰ virtutibus inter legalia illa ſacrificia futurorū p̄figuratiua : ⁊ veraꝫ tui corporis hoſtiā oīum antiquoꝝ ſacrificioꝝ cōple tiuam:quare igiť nō magis ad tuā venerabilē inar deſco p̄ntiam/cur non maior me p̄paro ſollicitudine ad tua ſancta ſumēda:qn̄ illi antiq ſancti patriarche et ꝓphete reges quoqꝫ et principes cū vniuerſo po pulo tm̄ deuotionis demonſtrarūt affectū erga cultū diuinū.Saltauit deuotiſſimꝰ rex dauid corā archa dei totis viribus:recolēs beneficia oliꝫ indulta patribꝰ: fecit diuerſi generis organa pſalmos edidit ⁊ cantari inſtituit/cū leticia cecinit/et ipſe frequenter in citha ra ſpiritꝰ ſancti afflatus gratia docuit populū iſrael

toto corde deum laudare et ore cōſono diebus ſingu
lis benedicere ⁊ predicare. Si tanta agebat̄ tunc de
uotio ac diuine laudis extitit recordatio corā archa
teſtamenti/quanta nunc michi et omni populo xpia
no habēda eſt reuerētia ⁊ deuotio in preſentia ſacra
menti: in ſumptione excellētiſſimi corporis xpi. Cur
runt multi ad diuerſa loca ꝓ viſitādis reliquiis ſcōꝝ
⁊ mirant̄ auditis geſtis eoꝝ ampla edificia tēploꝝ
inſpiciunt: ⁊ oſculantur ſericis et auro inuoluta ſa
cra oſſa ipſoꝝ. Et ecce tu preſens es hic apud me ī
altari deus meus ſctūs ſanctoꝝ creator oīum ⁊ dñs
angeloꝝ. Sepe in talibus videndū eſt curioſitas ho
minū ⁊ nouitas inuiſoꝝ ⁊ modicus reportat̄ emen
dationis fructus maxime vbi eſt tam leuis ſine vera
cōtritione diſcurſus. Hic autē in ſacramēto altaris
totꝰ pñs es deus meꝰ homo xp̄s ieſus. vbi et co
pioſus ꝑcipit̄ eterne ſalutis fructꝰ quotieſcūqʒ fueris
digne ac deuote ſuſceptꝰ. Ad iſtud vero nō trahit le
uitas aliqua nec curioſitas. aut ſenſualitas: ſʒ firma
fides: deuota ſpes ⁊ ſincera charitas. O inuiſibilis
conditor mūdi deꝰ q̄ʒ mirabiliter agis nobiſcū: q̄ ſuaui
ter ⁊ gratioſe cū electis tuis diſponis: quibꝰ te met ip
ſum in ſacramēto ſumendū ꝓponis. Hoc nāqʒ om
nem intellectū ſuperat: hoc ſpecialiter deuotoꝝ cor
da trahit: ⁊ accendit affectū. Ipſi enī veri fideles tui
q totam vitam ſuaʒ ad emendationeʒ diſponunt/ex
hoc digniſſimo ſacramento magnaʒ deuotionis gra
tiam ⁊ virtutis amorē frequenter recipiunt. O ādmi
rabilis: ⁊ abſcondita gratia ſacramēti quā norūt tm

chriſti fideles:fideles autē ⁊ pctīs ſeruiētes experiri
non poſſūt. In hoc ſacramēto conferꝛ ſpūalis gr̄a
et reparaꝛ in aīa virtus amiſſa:et ꝑ pctm̄ deformata
redit pulchritudo. Tanta eſt aliqn̄ hec gr̄a vt ex ple-
nitudine collate deuotionis non tantuꝫ mens: ſed et
debile corpus vires ſibi preſtitas ſētiat ãpliores. Do-
lendū tn̄ valde ⁊ miſerandū ſuꝑ tepiditate ⁊ negligē-
tia noſtra:qꝫ nō maiori affectu trahimur ad xp̄m ſu-
mendū:in quo tota ſpes ſaluandorū cōſiſtit ⁊ meritū
Ipſe enī eſt ſanctificatio noſtra et redēptio ipſe cō-
ſolatio viatorū et ſctōꝝ eterna fruitio. Dolendū ita-
qꝫ valde qꝫ multi tam paruꝫ hoc ſalutare myſteriuꝫ
aduertūt:quod celū letificat et mundū cōſeruat vni-
uerſū. heu cecitas ⁊ duritia cordis hūani:tā ineffabi
bile donū non magis attendere et ex quotidiano vſu
etiā ad inaduertantiā defluere. Si enī hoc ſanctiſſi-
mum ſacramentū in vno tantū celebrareꝛ loco et ab
vno tantū cōſecrareꝛ ſacerdote in mūdo. qūto putas
deſiderio ad illum locū et talē dei ſacerdotē homīes
afficerenꝛ:vt diuina miſteria celebrare audirēt. Nūc
autē multi facti ſūt ſacerdotes:et in multis locis of-
fertur xp̄us:vt tanto maior appareat gr̄a et dilectio
dei ad hominē:quāto latius eſt ſacra cōmunio diffu
ſa per orbeꝫ. Gratias tibi bone ieſu paſtor eterne q
nos pauperes et exules dignat⁹ es precioſo corpore
et ſanguine tuo reficere:et ad hec myſteria percipiē-
da etiam proprij oris tui alloquio inuitare dicendo:
venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis ⁊
ego reficiam vos.

## ¶ Quod magna bonitas et charitaſ dei in ſacramēto exhibetur homini. ¶ Ca. ij.

Super bonitatē tua et magna miā tua dñe
confiſus accedo eger ad ſaluatorē: eſuriēs et
ſitiens ad fontē vite: egenus ad regē celi: ſer
uus ad dñm: creatura ad creatorē: deſolat⁹ ad meū
piū conſolatorē: ſed vñ michi hoc vt venias ad me?
Quis ergo ſū vt preſtes michi teipſū? Quomō au-
det pctōr corā te apparere? Et quō tu digneris ad
pctōrem venire? Tu noſti ſeruū tuū et ſcis quia nil
boni in ſe habet vnde hoc illi preſtes? Cōfiteor igit
vilitatē meā: agnoſco bonitatē tuā: laudo pietatē: et
gratias ago ꝓpter nimiā charitatē. Propter temet
ipſum enim hoc facis: nō propter mea merita: vt bo
nitas tua michi magis innoteſcat: charitas amplior
ingerat: et humilitas pfectius cōmendetur. Quia er
go tibi hoc placet et ſic fieri iuſſiſti: placet et michi
dignatio tua: et vtinā iniqtas mea nō obſiſtat. O dul
ciſſime et benigniſſime iheſu: quāta tibi reuerentia et
gratiarū actio cū ꝑpetua laude pro ſuſceptōne ſacri
corporis tui debet: cuius dignitatē nullus hoīm ex-
plicare potēs inuenit. Sed quid cogitabo in hac cō
munione: in acceſſu ad dominū meū quē debite vene
rari neqo: et tamen deuote ſuſcipere deſidero? Quid

cogitabo melius et ſalubrius niſi meipm totaliter hu
miliādo corā te et tuā infinitā bonitatē exaltādo ſu
pra me. Laudo te deus meus et exalto ineternū De
ſpicio me: et ſubiicio tibi in profundū vilitatis mee.
Ecce tu ſanct9 ſanctorū: et ego ſordes pctōrum: ⁊ tu
inclinas te ad me: qui nō ſū dignus ad te reſpicere.
Ecce tu venis ad me: tu vis eſſe mecū: tu inuitas ad
conuiuiū tuū tu michi dare vis celeſtē cibū. ⁊ panē
angelorū ad manducandū: nō aliū ſane q̄ teipſū pa
nem viuū qui de celo deſcēdiſti et das vitā mundo.
Ecce vnde dilectio ꝓcedit: qualis dignatio illuceſcit:
q̄ magne gratiarum actiones et laudes tibi pro his
debētur. O q̄ ſalutare et vtile conſiliū tuū cū iſtud
inſtituiſti: q̄ ſuaue et iocundū conuiuiū cum teipſum
in cibum donaſti. O q̄ admirabilis operatio tua dn̄e:
q̄ potēs virt9 tua q̄ infallibilis veritas tua. Dixiſti
enim ⁊ facta ſūt omnia: et hoc factū eſt q̄ ipſe iuſſiſti
Mira res et fide digna ac humanū vincēs itellectū
q̄ tu dn̄e deus me9 verus de9 et homo ſub modica
ſpecie panis et vini integer cōtineris et ſine cōſump
tione a ſumēte mādūcaris. Tu dn̄e vniuerſorū qui
nullius habes indigentiā: voluiſti per ſacramentum
tuū habitare in nobis. conſerua cor meū et corpus
meū immaculatū: vt leta et pura cōſciencia ſepi9 va
leam tua celebrare myſteria: et ad meā perpetuā ac
cipere ſalutē: que ad tuū precipue honorē ⁊ memo
riale perhēne ſanxiſti et inſtituiſti. Letare aīa mea ⁊
gratias age deo pro tam nobili munere et ſolatio ſin
gulari in hac lacrimarum valle tibi relicto. Nam quā

tiens hoc myſteriū recollis ⁊ chriſti corpus accip'is totiens tue redēptionis opus agis: et particeps omnium meritoꝝ chriſti efficeris. Caritas eteni chriſti nunꝗ̄ minuitur: et magnitudo propiciatōis eius nunꝗ̄ exhauritur. Ideo noua ſemper mētis renouatione ad hoc diſponere te debes: et magnū ſalutis miſteriū attenta cōſideratione penſare. Ita magnū nouum ⁊ iocundū tibi videri debet cum celebras: aut miſſam audis: ac ſi eodē die chriſtus primū in vterū virginis deſcendens homo factus eſſet: aut in cruce pendens pro ſalute hominū pateretur et moreretur.

## Quod vtile ſit ſepe communicare. Ca. iii.

Ecce ego venio ad te domīe vt bene michi ſit ex munere tuo: et letificer in cōuiuio ſancto tuo quod paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Ecce in te eſt totū quod deſiderare poſſū et debeo: tu ſalus mea et redēptio: ſpes et fortitudo: decus ⁊ gloria. Letifica ergo hodie animā ſerui tui: qm̄ ad te dñe ieſu animā meā leuaui. Deſidero te nunc deuote ac reuerēter ſuſcipe cupio te in domū meā introducere: quaten⁹ cū zacheo merear a te benedici: ac inter filios abrahe cōputari. Anima mea corpus tuum concupiſcit. coꝛ meū tecū vniri deſiderat.

Tradé te michi et ſufficit. Nam preter te nulla cõſo
latio valet: ſine te eſſe nequeo: et ſine viſitatione tua
viuere nõ valeo. Ideoq; oportet me frequẽter ad te
accedere ⁊ in remediũ ſalutis mee recipe: ne forte de
ficiã in via ſi fuero celeſti; fraudatus alimonia. Sic
enĩ tu miſericordiſſime ieſu predicans populis: et va
rios curãs lãguores aliqñ dixiſti. Nolo eos ieiunos
dimittere ĩ domũ ſuã ne deficiãt in via. Age igit̃ hoc
modo mecũ qui te pro fidelium cõſolatione in ſacra-
mẽto reliquiſti. Tu es enĩ ſuauis refectio aĩe: et q te
digne mãducauerit particeps: ⁊ heres erit eterne glo
rie. Neceſſariũ quidẽ michi eſt qui tam ſepe laboro
⁊ pecco: tam cito torpeſco et deficio/ vt p frequẽtes
orõnes ⁊ cõfeſſiones: et ſacrã tui corporis pceptionẽ
me renouẽ mundẽ et accendã: ne forte diutius abſti-
nendo a ſancto pposito defluã. Proni enĩ ſũt ſenſ⁹
hoĩs ad malũ ab adoleſcẽtia ſua ⁊ niſi ſuccurrat
diuina medicina: labit̃ homo mox ad peiora. Retra
hit ergo ſancta cõmunio a malo: ⁊ cõfortat in bono
Si enĩ modo tã ſepe negligẽs ſũ et tepid⁹ quãdo cõ
munico aut celebro: quid fieret ſi medelã nõ ſumerẽ
⁊ tam grãde iuuamẽ nõ quererẽ. Et licet omi die nõ
ſim apt⁹: nec ad celebrãdũ bene diſpoſit⁹ dabo tamẽ
operã cõgruis tẽporibus diuina pcipere miſteria ac
tante gratie pticipem me exhibere. Nam hec eſt vna
principalis fidelis aĩe ɔſolatio q̃diu peregrinatur a
te ĩmortali corpe: vt ſit ſepius memor dei ſui: dilectũ
deuota ſuſcipiat mẽte. O mira circa nos tue pietatis
dignatio: q tu dñe deus creator et viuificator oĩm

ſpirituū ad paupcculā dignaris venire aīam: et cū tota deitate tua ac humanitate et⁹ īpugnare eſuriez. O felix mēs ⁊ beata aīa que te dn̄m deū ſuū meret̄ deuote ſuſcipere: et in tua ſuſceptione ſpiritali gaudio repleri. O q̄ʒ magnū ſuſcipit dn̄m: q̄ʒ dilectū inducit hoſpitē q̄ʒ iocundū recipit ſociū: q̄ʒ fidelē acceptat amicū q̄ʒ ſpecioſū et nobilē amplectit̄ ſponſū: pre oībus dilectis: et ſup omīa deſiderabilia amandū. Sileant a facie tua dulciſſime dilecte me⁹: celū et terra et omīs ornat⁹ eorū: quoniā quicqd laudis hunc ac decoris ex dignatōe tue eſt largitatis: nec ad decorē tui ꝑuenient nominis cui⁹ ſapiētie nō eſt numerus.

# Q ō multa bona preſtant̄ deuote cōmunicātib⁹. ca. iiii.

Domine deus me⁹ ꝓueni ſeruū tuū in benedictionib⁹ dulcedinis tue vt ad tuū magnificū ſacramentū digne ac deuote merear accedere. Excita cor meū in te: et a graui torpore exue me. Viſita me ī ſalutari tuo ad guſtandū in ſpū tuā ſuauitatē: q̄ in hoc ſacramēto tanq̄ʒ in fōte plenarie latet. Illumina quoqʒ oculos meos ad intuēdū tm̄ myſteriū: et ad credendū illud indubitata fide me robora. Eſt eniʒ opatio tua nō hūana potētia tua ſacra īſtitutio nō homīs adinuētio. Nō eni ad hec capienda et intelligēda aliquis idoneus ꝑ ſe reperitur:

que angelicā etiam ſubtilitatē tranſcendunt. Quid ergo ego peccator indignus terra ⁊ cinis de tam alto ſacro ſecreto potero inueſtigare et capere. Dn̄e in ſimplicitate cordis in bona firma fide et in tua iuſſione ad te cū ſpe et reuerētia accedo ⁊ vere credo qꝛ tu preſēs es hic in ſacramēto deus et homo. Vis ergo vt te ſuſcipiā ⁊ meipm̄ tibi in charitate vniā. Vn̄ tuā precor clementiā et ſpecialē ad hoc imploro michi donari grām: vt totus in te liq̄fiam et amore perfluam atqꝫ de nulla aliena cōſolatione amplius me intromittā. Eſt eni hoc altiſſimū et digniſſimuꝫ ſacramētum ſalus aīe ⁊ corporis: medicina omis ſpūalis lāguoris in quo vita mea curātur paſſiones frenanť tentationes vincūtur ac minuanť gratia maior infūditur virtꝰ incepta augeť firmať fides: ſpes roborať et charitas ignē ſcit ac dilatať. Multa nanqꝫ bona largitꝰ eſt: et adhuc ſepius largiris in ſacramēto dilectis tuis deuote cōmunicātibꝰ deus meꝰ ſuſceptor aīe mee: reparator infirmitatis hūane: et totiꝰ dator cōſolationis interne. Nam multā ipſis conſolationē aduerſꝰ varias tribulationes infūdis et de imodeiectionis proprie ad ſpem tue protectionis erigis: atqꝫ noua quadā gratia eos intus recreas et illuſtras vt qui anxij primū et ſine affectione ſe ante cōmunioneꝫ ſenſerāt: poſtea refecti cibo potuqꝫ celeſti in meliꝰ ſe mutatos inueniat. Quod idcirco cum electis tuis ita diſpenſanter agis vt veraciter agnoſcāt: et patienter experianť q̄ nichil ex ſemetipſis habeant: et quid bonitatis ac gratie ex te conſequanť: qꝛ ex ſemetipſis

frigidi duri ac indeuoti ex te autē feruantes alacres
et deuoti eſſe meretur. Quis enī ad fontē ſuauitatis
humiliter accedēs nō modicū ſuauitatis inde repor
tat. Aut quis iuxta ignē copioſū ſtans nō paruū calo
ris inde pcipit. Et tu fons es ſemꝑ plenus et ſupha
bundans ignis iugiter ardēs et nūq̄z deficiēs. Unde
ſi michi nō licet haurire de plenitudine fōtis nec vſq̄z
ad ſatietatē potare: apponā tamen os meū ad fora-
men celeſtis fiſtule vt ſaltē inde guttulaz modicā ca-
piam ad refocillandā ſitim meā: vt nō penit⁹ exare-
ſcam. Et ſi necdū totus celeſtis et tam ignitus vt ſe-
raphin ⁊ cherubin eſſe poſſuz: conabor tamē deuo
tioni inſiſtere et cor meū preparare vt vel modicam
diuini incēdij flammā ex hūili ſumptione viuifici ſa
cramēti conquirā. Quicquid autē michi deeſt bone
ihesu ſaluator ſanctiſſime: tu pro me ſupple benigne
ac gratioſe qui omēs ad te dignat⁹ es vocare dicēs
Venite ad me omēs qui laboratis et onerati eſtis: ⁊
ego reficiam vos. Ego quidē laboro in ſudore vul-
tus mei: dolore cordis torqueor: peccatis oneror: ten
tationibus inquietor multis malis paſſionib⁹ impli-
cor et premor: et non eſt qui adiuuet: non eſt qui libe
ret ⁊ ſaluū faciat niſi tu domine deus ſaluator me⁹
cui cōmitto me et omnia mea vt me cuſtodias ⁊ per
ducas in vitam eternaz. Suſcipe me in laudē ⁊ glo
riam nominis tui qui corpus tuum et ſanguinez in
cibum ⁊ potum michi paraſti. Preſta domine deus
ſalutaris meus: vt cum frequentatione myſterij tui
creſcat mee deuotionis affectus.

## ¶ De dignitate ſacramēti et ſtatu ſacerdotali. Capi. v:

Si haberes angelicā puritatē ⁊ ſancti iohānis baptiſte ſanctitatē: non eſſes dignus hoc ſacramentū accipere nec tractare. Non enī hoc meritis debetur hoīum: ꝙ homo cōſecret ⁊ tractet xp̄i ſacramentū: ⁊ ſumat in cibū panem angeloꝝ. Grande myſteriū ⁊ magna dignitas ſacerdotū quibus datū eſt quod angelis nō eſt cōceſſum. Soli nāq; ſacerdotes in eccleſia rite ordinati poteſtatē hn̄t celebrandi ⁊ corpus chriſti cōſecrandi. Sacerdos quidem miniſter eſt dei vtens verbo dei ꝑ iuſſionē ⁊ inſtitutionē dei. Deus autē ibi principalis eſt auctor ⁊ inuiſibilis operator cui ſubeſt omne quod voluerit: ⁊ paret omne quod iuſſerit. Plus ergo credere debeſ deo omnipotēti in hoc excellentiſſimo ſacramēto: ꝗ̄ ꝓprio ſenſui aut alicui ſigno viſibili. Ideoq; cum timore ⁊ reuerētia ad hoc opus eſt accedendū. Attende igitur ⁊ vide cuius miniſteriū tibi traditū eſt ꝑ impoſitionē manus epiſcopi. Ecce ſacerdos factus es: et ad celebrandū cōſecratus: vide nūc vt fideliter et deuote in ſuo tempore deo ſacrificium offeras: ⁊ teipſum irreprehenſibilē exhibeas. Non alleuiaſti onꝰ tuū: ſed artiori iā alligatus es vinculo diſcipline: ⁊ ad maiorē teneris ꝑfectionem ſanctitatis. Sacerdos oībus virtutibꝰ debet eſſe ornatꝰ: ⁊ aliis bone vite exē-

plum prebere. Eius cōuerſatio nō cū popularib⁹ et cōib⁹ hominū viis: ſed cū angelis in celo: aut cum pfectis viris in terra. Sacerdos ſacris veſtibus indutus xpi vices gerit vt deū p ſe ⁊ p oī populo ſupplíciter ⁊ humiliter roget. Habet nāqʒ ante ſe ⁊ retro dñice crucis ſignū ad memorandā iugiter xpi paſſionē. Ante ſe crucē in caſula portat vt xpi veſtigia diligenter inſpiciat ⁊ ſequi ferueter ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus eſt: vt aduerſa que libet illata ab aliis clementer p deo tolleret. Ante ſe crucē gerit vt ppria pctā lugeat: poſt ſe. vt alioꝝ etiā cōmiſſa p compaſſionē defleat: ⁊ ſe mediū inter deū ⁊ pctōrē cōſtitutum eſſe ſciat nec ab oratiōe nec ab oblatione ſancta torpeſcat donec gratiā ⁊ miam impetrare mereat. Quando ſacerdos celebrat: deū honorat angelos letificat: eccleſiā edificat / viuos adiuuat / defunctis requiē preſtat: ⁊ ſeſe omniū bonoꝝ participē efficiat

## ¶ Interrogatio de exercitio ante cōmunionē ¶ Ca. vi.

O in tuā dignitatē dñe ⁊ meā vilitatem penſo: valde cōtremeſco ⁊ in meipſo cōfundor. Si enī nō accedo vitā fugio: ⁊ ſi īdigne me ingeſſero offenſam incurro. Quid ergo faciā de⁹ me⁹ auxiliator me⁹ ⁊ cōſiliator in neceſſitatibus? Tu doce me viā rectā: ppone breue aliqḋ exercitiū ſacre cō-

munioni cōgruū. Vtile eſt enī ſcire qualiter ſcilȝ de
uote ac reuerenter tibi ꝑparare debeā cor meū ad re
cipiendū ſalubriter tuū ſacramentuȝ ſeu etiā celebrā
dum tam magnuȝ ⁊ diuinū ſacrificium.

## De diſcutione proprie cō ſcientie et emendationis propoſito: Ca. vii.

Super omnia cū ſumma humilitate cordis ⁊ ſupplici reuerētia cū plena fide ⁊ pia intētione honoris dei ad hoc ſacramentū celebrandū tractandum ⁊ ſumendū oportet dei accedere ſacerdotē. Diligenter examina cōſcientiā tuā ⁊ ꝓpoſſe tuo vera cōtritione ⁊ humili cōfeſſione eā munda et clarifica: ita vt nil graue habeas aut ſcias qđ te remordeat ⁊ liberū acceſſum impediat. Habeas diſplicentiā omniū peccatoꝝ tuoꝝ in gñali: ⁊ ꝓ quotidianis exceſſibꝰ magis in ſpāli doleas ⁊ gemas: ⁊ ſi tps patit: deo in ſecreto cordis cūctas cōfitere paſſionū tuarū miſerias. Ingemiſce ⁊ dole ꝙ adhuc ita carnalis ſis ⁊ mundanꝰ: tam imortificatus a paſſionibꝰ: tā plenꝰ cōcupiſcentiaꝝ motibꝰ: tā incuſtoditꝰ in ſenſibilibꝰ exterioribꝰ: tā ſepe multis vanis fantaſiis implicatꝰ tā multū inclinatꝰ ad exteriora: tam negligēs ad interio

ra:tam leuis ad riſū ⁊ diſſolutionē:tā durꝰ ad fletuȝ
⁊ cōpunctioneȝ:tā ꝓmptꝰ ad laxiora ⁊ carnis commo
da:tam ſegnis ad rigoreȝ ⁊ feruorē.tam curioſus ad
noua audienda ⁊ pulchra intuēda/tam remiſſus ad
humilia ⁊ abiecta amplectenda:tam cupidꝰ ad mul
ta habenda:⁊ tam parcus ad dandū:tam tenax ad re
dimendū:tā incōſideratꝰ in loq̄ndo:tā incōtinēs ad ta
cenduȝ:tam incōpoſitus in moribꝰ:tam importunꝰ i
actibus:tam effuſus ſuper cibū:tā ſurdꝰ ad dei ꝟbū:
tam velox ad quietē:tam tardus ad laborē:tā vigi
lans ad fabulas:tā ſonolētus ad vigilias ſacras:taȝ
feſtinus ad finē:tam vagus ad attendendū:tā negli
gens in horis ꝑſoluēdis:tam tepidꝰ in celebrādo:taȝ
aridus in cōmunicando:tā cito diſtractꝰ:tam raro ti
bi bene collectꝰ:tā ſubito cōmotꝰ ad irā:tam facilis
ad alterius diſplicentiā/tā ꝓnus ad iudicandū:tā ri
gidus ad arguendū/tā letꝰ ad ꝓſpera/tam debilis in
aduerſis:tam ſepe multa bona ꝓponēs ⁊ modicū ad
effectū ꝑducens. His ⁊ aliis defectibꝰ tuis:cū dolo
re ⁊ magna diſplicētia ꝓprie infirmitatis cōfeſſis ac
deploratis firmū ſtatue ꝓpoſitū ſemꝑ emendandi vi
tam tuā ⁊ in meliꝰ ꝓficiēdi. Deinde cū plena reſigna
tione ⁊ integra voluntate offer teipſuȝ in honorē no
minis mei in ara cordis tui holocauſtū perpetuū:cor
pus tuuȝ ſcilicet ⁊ animā michi fideliter cōmittēdo:
quatenus ſic digne merearis ad offerendū deo ſacri
ficiū accedere ⁊ ſacr̄m corporis mei ſalubriter ſuſcipe.
Nō ē eni oblatio dignior ⁊ ſatiſfactio maior ꝑ pctīs
diluendis q̄ ſeipſum pure et integre cū oblatiōe cor

poris christi in missa et ī cōmunione deo offerre. Si homo fecerit quod i ſe eſt ꝛ vere penituerit: quotieſ cunq; ꝓ venia ꝛ gratia ad me acceſſerit: viuo ego dicit dñs: quia nolo mortem peccatoris: ſed magis vt cōuertatur ꝛ viuat: qm̄ peccatorū ſuoꝝ nō recordabor: amplius: ſed cuncta ſibi indulta erūt.

## De oblatiōe xp̄i in cruce ꝛ ꝓpria reſignatione. ¶ Ca. viii.

Sicut ego meipſum expanſis in cruce manibus: ꝛ nudo corpore ꝓ peccatis tuis deo patri ſponte obtuli ita vt nichil in me remaneret qn totū in ſacrificiū diuine placationis tranſierit: ita debes ꝛ tu temetipſuȝ michi volūtarie in oblationeȝ purā ꝛ ſanctam quotidie in miſſa cū oībus viribus ꝛ affectibus tuis quāto intimius vales offerre. Quid magis ad te requiro q̄ȝ ut te ſtudeas michi ex integro reſignare. Quicquid p̄ter teipſuȝ das nichil curo: q: nō quero datū tuū ſȝ te. Sicut non ſufficeret tibi omnibus habitis p̄ter me: ita nec michi placere poterit quicqd dederis te nō oblato. Offer te michi ꝛ da te totū ꝓ deo: ꝛ erit accepta oblatio. Ecce ego me totum obtuli patri ꝓ te: dedi etiam totum corpꝰ meum ꝛ ſanguinem in cibum: vt totus tuus eſſet: et tu meus permaneres. Si autē in teipſo ſteteris: nec ſpōte te ad voluntatem meam obtuleris: non eſt plena

oblatio nec integra erit inter nos vnio. Ideo omĩa opera tua precedere debet ſpontanea tuiipſius in manus dei oblatio: ſi libertatem conſequi vis ⁊ gratiam Ideo tam pauci illuminati ⁊ liberi intus efficiunt: quia ſeipſos ex toto abnegare neſciunt: eſt firma ſententia mea: niſi quis renunciauerit omnibus non poteſt meus eſſe diſcipulus. Tu ergo ſi optas meus eſſe diſcipulus: offer temetipſum michi cum omnibus affectibus tuis.

## Quod nos et oĩa noſtra deo debemus offerre et pro oĩbus orare. Capi. ix.

Domine omnia tua ſunt que in celo ſunt et ĩ terra Deſidero meipſum tibi in ſpontaneã oblationem offerre: ⁊ tuus perpetue ꝑmanere. Dñe in ſimplicitate cordis mei offero meipſuꝫ tibi hodie in ſeruũ ſempiternũ: in obſequiũ ⁊ ſacrificium laudis ꝑpetue. Suſcipe me cum hac ſancta oblatione tui precioſi corporis quam tibi hodie in preſentia angelorũ inuiſibiliter aſſiſtentiũ offero: vt ſit pro me ⁊ pro cuncto populo tuo in ſalutem. Dñe offero tibi omnia peccata ⁊ delicta mea q̃ cõmiſi coram te ⁊ ſanctis angelis tuis a die quo primuꝫ peccare potui vſqꝫ ad diem hanc: ſuper placabili altari tuo: vt

ta omnia pariter incendas et cōburas igne charita-
tis tue: ⁊ deleas vniuersas maculas peccatoꝝ meoꝝ:
et cōſcientiam meā ab omni delicto emundes/ ⁊ reſti
tuas michi gratiam tuā quā peccando amiſi: omnia
michi plene indulgendo/ ⁊ in oſculū pacis me miſeri
corditer aſſumendo. Quid poſſum agere pro pecca-
tis meis niſi humiliter ea cōfitendo ⁊ lamentando et
tuam ꝓpiciationē inceſſanter deprecando: Deprecor
te exaudi me ꝓpitius vbi aſto coram te deus meus.
Omnia peccata mea michi maxime diſplicēt. Nolo
ea vnq̄ amplius ꝑpetrare: ſed ꝓ eis doleo/ ⁊ dolebo
q̄diu vixero: paratus penitentiā agere: ⁊ ꝓ poſſe ſa-
tiſfacere: Dimitte michi deus. Dimitte michi pecca
ta mea: ꝓpter nomē ſanctū tuū ſalua aīam meaꝫ quā
precioſo ſanguine tuo redemiſti. Ecce committo me
miſericordie tue: reſigno me in manibus tuis: age me
cum ſm bonitatē tuā/ non ſm meā maliciā ⁊ iniqui-
tatem. Offero etiā tibi omīa bona mea q̄uis valde
pauca ⁊ imꝑfecta vt tu ea emendes ⁊ ſanctifices: vt
ea grata habeas: et accepta tibi facias: ⁊ ſemper ad
meliora trahas: nec nō ad beatū ⁊ laudabilē finē me
pigrū ⁊ inutilem homūtionē ꝑducas. Offero quoqꝫ
tibi omnia deſideria deuotoꝝ: neceſſitates parentū: a
micorū: fratrū: ſororū omniūq̄ꝫ charorū meorū: ⁊ eo
rum qui michi vel aliis propter amorē tuū benefe-
cerunt qui orationes ⁊ miſſas ꝓ ſe ſuiſq̄ꝫ omnibus di
ci a me deſiderauerūt et petierūt ſiue in carne adhuc
viuant/ ſiue iam ſeculo defuncti ſint: vt omēs ſibi au
xilium grē tue: opem cōſolationis/ ꝓtectionē a peri-

culis/liberationem a penis aduenire ſentiãt/ ꝛ vt ab omnibus malis erepti gratia tibi magnificas leti per ſoluant. Offero etiã tibi preces ꝛ hoſtias placatiõis ꝓ illis ſpecialiter q me in aliquo leſerũt/ cõtriſtaue- runt aut vituperauerũt vel aliquod dãnũ ut grauã men intulerũt/ pro his quoqꝫ omnibus quos aliqñ cõtriſtaui/ cõturbaui/ grauaui ꝛ ſcandalizaui/ vbis: factis/ ſcienter ꝛ ignorant/ vt nobis omnibus parit indulgeas peccata noſtra: ꝛ mutuas offenſiones. Au fer dñe a cordibus noſtris omnẽ ſuſpitionẽ: indigna tionem/ iram ꝛ diſceptionẽ/ ꝛ quicqd poteſt chari- tatem ledere ꝛ fraternã dilectionẽ minuere. Miſere re miſerere dñe miam tuã poſcentibus/ da gratiã in- digentibus/ ꝛ fac nos tales exiſtere/ vt ſim⁹ digni gra tia tua ꝑfrui: ꝛ ad vitã ꝓficiamus eternam. Amen.

## Quod ſacra cõmunio de facili non eſt relinquenda

### Capi. x.

FRequenter recurrendũ eſt ad fontẽ gratie ꝛ diuinẽ mĩe ad fontẽ bonitatis: ꝛ totius puri tatis quatenus a paſſionib⁹ tuis et vitiis cu- rari valeas: ꝛ cõtra vniuerſas tentatões ꝛ fallacias diaboli fortioꝛ atqꝫ vigilantioꝛ effici merearis. Ini- micus ſciens fructum ꝛ remedium maximum in ſa- cra communione poſitum omni modo et occaſione

nititur fideles ⁊ deuotos q̃tum preualet retrahere ⁊
impedire. Cū enī quidā ſacre ꝯmunioni ſe aptare di
ſponūt peiores ſathane īmiſſiones patiunt̄. Ipſe enī
neq̄ ſpūs vt in Iob ſcribit̄ venit int̄ filios dei: vt ſo
lita eius neq̄cia ꝯturbet aut timidos nimiū reddat et
ꝑpleros quaten⁹ affectū eoꝝ minuat vel fidē impu
gnando auferat: ſi forte aut oīno cōmunionem relin-
quant: aut cū tepere accedāt. Sed nō eſt quicq̄ curā
dum de verſutiis et fātaſiis illi⁹ q̃tūlibet turpib⁹ et
horridis: ſed cūcta fātaſmata in caput ei⁹ ſunt retor
quēda. Contēnendus eſt miſer et deridēdus: nec pro
pter inſult⁹ ei⁹ ⁊ cōmotiones quas ſuſcitat ſacra eſt
omittēda cōmunio. Sepe etiā impedit nimia ſollici-
tudo pro deuotōe habēda: et anxietates quadā de cō
feſſione faciēda. Age ſcd̄m ꝯſiliū ſapientū: et depone
anxietatē et ſcrupulū qꝛ grām dei impedit et deuoti
onem mētis deſtruit. Propter aliquā ꝑuam tribu-
lationē vel grauitatē ſacrā ne dimittas ꝯmunionē: ſꝫ
valdē citi⁹ cōfiteri et omēs offenſiones aliis libēter
indulge. Si vero tu aliquē offēdiſti: veniā hūiliter ꝓ
care et deus libēter indulgebit tibi. Quid ꝓdeſt diu
tardare confeſſionē aut ſacrā differre cōmunionem?
Expurga te cū primis expue velociter venenū: feſti-
na accipe remediū et ſēties meli⁹ q̄ ſi diu diſtuleris.
Si hodie ꝓpter iſtud dimittis cras forſitā illud ma
gis eueniet: ⁊ ſic diu poſſes a cōione īpediri et magis
inept⁹ fieri. Quāto ergo citi⁹ vales: a pñti grauitate
et inertia te excutias: qꝛ nichil importat diu anxiari
diu cū turbatione trāſire: ⁊ ob quotidiana obſtacula

ſe a diuinis ſeqſtrare: imo plurimū nocet diu cōmu-
nionē ꝓtelare: nā ꝛ grauē torporē cōſueuit inducere
Prochdolor quidā tepidi et diſſoluti moras confi-
tendi libēter accipiūt: et cōmunionē ſacrā idcirco dif
ferre cupiūt: ne ad maiorē ſui cuſtodiā ſe dare teneāt
Heu q̄ꝫ modicā charitatē ꝛ debilē deuotionē habēt
qui ſacrā cōmunionē tam faciliter poſtponūt: q̄ꝫ fe
lix ille et deo accept⁹ habere q ſic viuit et tali purita
te cōſcientiā ſuā cuſtodit vt eſſet oī die cōicari pat⁹
et bñ affectatus eſſet ſi ei liceret: ꝛ ſine nota agere poſ
ſet. Si qs iterdū abſtinet hūilitatis gr̄a aut legitima
impediēte cauſa laudand⁹ eſt de reuerētia. Si autē
torpor obrepſerit ſeipm excitare debet et facere qđ i
ſe eſt et dñs aderit deſiderio ſuo ꝓ bona volūtate q̄ꝫ
ſpecialiter reſpicit. Cū vero legitime ꝑpedit⁹ eſt: ha
bebit ſemꝑ bonā volūtatē et piā intentionē cōicandi
et ſic nō carebit fructu ſacramēti. Poteſt enī q̄libet
deuot⁹ oī die et oī hora ad ſpiritualē xp̄i cōicationē
ſalubriter et ſine prohibitione accedere: et tñ ceteris
dieb⁹ ꝛ ſtatuto tp̄e corp⁹ ſui redēptoris cū affectuo
ſa reuerentia ſacramētaliter debet ſuſcipere: ꝛ magis
laudē dei ꝛ honorē ꝑtendere q̄ꝫ ſuā cōſolationē q̄rere
Nam toties myſtice cōmunicat et inuiſibiliter reficit
quoties incarnatōis xp̄i myſteriū paſſionēqꝫ deuote
recolit: ꝛ in amore ei⁹ accendit. Qui aliter ſe nō pre
parat niſi inſtāte feſto vel conſuetudine cōpellēte: ſe-
pius imparat⁹ erit. Beat⁹ q ſe dño in holocauſtum
offert quoties celebrat aut cōicat. Nō ſis in celebrā
do nimis ꝓlixus aut feſtin⁹: ſed ſerua bonū cōmunē

modũ cũ quibus viuis. Non debes aliis moleſtiã et tediũ ſed cõmunẽ ſerua viã ſcdm maiorꝝ inſtitutionẽ et potius aliorũ ſeruire vtilitati ꝙ̃ proprie deuotõni vel affectui.

# Quod corpus chriſti et ſacra ſcriptura maxime ſunt anime fideli neceſſaria.

## Capitulum. xi.

O Dulciſſime dñe ieſu quãta eſt dulcedo deuote aĩe tecũ epulãtis in cõuiuio tuo vbi ei nõ alius cib⁹ manducand⁹ proponit niſi tu vnic⁹ dilect⁹ eius ſup omĩa deſideria cordis eius deſiderabilis. Et mihi quidẽ dulce foret in preſentia tua ex intimo affectu lachrymas fũdere: et cum pia magdalena pedes tuos lachrymis irrigare. Sed vbi eſt hec deuotio: vel lachrimarũ ſctarum copioſa effuſio? Certe in cõſpectu tuo ⁊ ſctõꝝ angelorũ tuoꝝ totũ cor meũ ardere deberet: et ex gaudio flere. Habeo eni te in ſacramẽto vere pñtem: q̃uis aliena ſpecie occultatũ. Nam in ꝑpria ⁊ diuina claritate te cõſpicere oculi mei ferre nõ poſſẽt: ſ; neq; totus mũd⁹ in fulgore glorie maieſtatis tue ſubſiſteret. In hoc ergo imbecillitati mee ꝯſulis ꝙ te ſub ſacramẽto ab-

ſcondis:habeo vere et adoro quē angeli adorāt in
celo: ſed ego adhuc interim in fide: illi autē in ſpeci ꝛ
ſine velamine. Me oportet contētum eſſe in lumine
vere fidei: et in ea ambulare donec aſpiret dies eter-
ne claritatis: et vmbre figurarū inclinētur. Cum aūt
venerit quod perfectū eſt ceſſabit vſus ſacramētoꝝ
quia beati in gloria celeſti nō egent medicamine ſa-
cramentali: gaudēt enī ſine fine in preſentia dei: facie
ad faciem gloriā eius ſpeculātes ꝛ de claritate in cla
ritatē abyſſalis deitatis tranſformati guſtant verbū
dei carnem factū: ſicut fuit ab initio et manet ineter-
num. Memor horū mirabiliū graue michi fit tediū
etiam quodlibet ſpirituale ſolatium: quia q̄diu do-
minū meum apte in ſua gloria non video pro nichi
lo duco omne quod in mundo cōſpicio et audio. Te
ſtis es tu michi deus ꝙ nulla poteſt me res cōſolari
nulla creatura qͥetare: niſi tu deus meus quē deſi-
dero eternaliter contemplari. Sed non eſt hoc poſſi
bile durante me in hac mortalitate. Ideo oportet vt
me ponam ad magnam patientiā: et meipſū in om̄
deſiderio tibi ſubmittā. Nam et ſancti tui domine q̄
tecum iam in regno celorū exultant in fide et patien-
tia magna dum viuerent aduentū glorie tue expecta
bant. Quod illi crediderūt ego credo: qđ illi ſpera-
uerunt: ego ſpero quo illi peruenerūt per gratiā tuā
me venturū cōfido. Ambulabo interī in fide exēplis
confortatus ſctōꝝum. Habeo etiam libros ſanctos
pro ſolatio ꝛ vite ſpeculo: atq3 ſuper hec omnia ſan
ctiſſimū corpus tuū pro ſingulari remedio et refugio.

Duo nāqȝ michi neceſſaria ꝑmaximē ſentio in hac
vita: ſine q̄bus michi īportabilis foret iſta miſerabi-
lis vita. In carcere corꝑis hui⁹ detētus duob⁹ me
egere fateor cibo ſcȝ et lumine. Dediſti itaqȝ michi
īfirmo ſacrū corp⁹ tuū ad refectionē mētis ⁊ corꝑis
⁊ poſuiſti lucernā pedib⁹ meis verbū tuū. Sine his
duob⁹ bene viuere nō poſſē: nā verbū dei lux aīe mee
et ſacramentū tuū panis vite. Hec poſſunt etiā dici
mēſe due hinc ⁊ inde in gazophylatio ſācte eccleſie
poſite. Una menſa ē ſacri altaris habēs panē ſanctū
ideſt corp⁹ xp̄i precioſū. Altera eſt diuine legis cōti-
nens doctrinā ſāctā: erudiēs fidem rectā et firmiter
vſqȝ ad interiora velaminis vbi ſūt ſācta ſctōꝝ per
ducēs. Gr̄as tibi dn̄e ieſu lux lucis eterne ꝓ doctri-
ne ſacre mēſa quā nobis ꝑ ſeruos tuos ꝓphetas et
apoſtolos alioſqȝ doctores miſtraſti. Gr̄as tibi cre
ator et redēptor hoīum q̄ ad declarandā toti mūdo
charitatē tuā cenam paſti magnā: in qua nō agnū ty-
picū: ſȝ tuū ſctiſſimū corp⁹ ⁊ ſanguinē ꝓpoſuiſti mā-
ducandū: letificās omēs fideles cōuiuio ſacro: ⁊ cali
ce inebriās ſalutari in quo ſūt omēs delicie paradiſi
et epulant̄ nobiſcū angeli ſcti: ſed ſuauitate feliciori.
O q̄ magnū et honorabile eſt officiū ſacerdotū qui
bus datū eſt dn̄m maieſtatis: verbis ſacris cōſecrare
labiis benedicere: manib⁹ tenere: ore ꝓprio ſumere:
⁊ ceteris miniſtrare. O q̄ mūde debet eſſe man⁹ ille
q̄ purū os: q̄ ſanctū corp⁹: q̄ immaculatū erit cor
ſacerdotis: ad quē totiēs ingredit̄ auctor puritatis.
Ex ore ſecerdotis nichil niſi ſctm̄: nichil niſi honeſtū

et vtile ꝓcedre debet verbū: q tam ſepe xpi accipit ſacramentū. Oculi eiꝰ ſimplices ꝛ pudici qui xpi corpus ſolent intueri. Manus pure et in celū eleuate: q̄ creatorē celi et terre ſolēt cōtrectare. Sacerdotibus ſpecialiter in lege dicit̄. Sancti eſtote qm̄ ego ſanctꝰ ſū dn̄s deus veſter. Adiuuet nos grā tua omipotēs deus vt qui officiū ſacerdotale ſuſcepimus digne ac deuote tibi in omī puritate et conſciētia bona famulari valeamꝰ. Et ſi nō poſſumꝰ in tāta innocētia vite cōuerſari vt debemꝰ: cōcede nobis tamē digne flere mala que geſſimꝰ: vt in ſpū humilitatis ac bone volūtatis propoſito tibi feruentiꝰ de cetero deſeruire valeamus.

## ¶ Quod magna diligentia ſe debeat cōmunicaturus preparare. Ca. xii.

Ego ſum puritatis amator et dator omīs ſctitatis. Ego cor purū quero: et ibi eſt locus requietōis mee. Para michi cenaculū grande ſtratū: et faciā apud te paſca cum diſcipulis meis. Si vis veniā ad te et apud te maneā expurga vetus fermentum et mūda cordis tui habitaculum. Exclude totū ſeculū et omnē vitiorum tumultū: ſede tanq̄ paſſer ſolitarius in tecto: et cogita exceſſus

tuos in amaritudine anime tue. Omnis nāqȝ amans ſuo dilecto amatori optimuȝ et pulcherrimū ꝑparat locū: q: in hoc cognoſcit affect⁹ ſuſcipiētis dilectū. Scito tamen te nō poſſe ſatiſfacere huic preparatōi ex merito tue actionis etiā ſi per integrū annū te ꝑpa rares et nichil aliud in mente haberes. Sed ex ſola pietate ⁊ grā mea ꝑmitteris ad menſā meā accedere ac ſi mēdic⁹ ad prandiū vocaret diuitis: et ille michi aliud habeat ad retribuendū beneficiis ei⁹ niſi ſe hu miliādo et regratiādo. Fac quod in te eſt ⁊ diligēter facito nō ex cōſuetudine: nō ex neceſſitate: ſȝ cū timo re et reuerentia et affectu accipe corp⁹ dilecti dñi dei tui dignātis ad te venire. Ego ſum qui vocaui ego iuſſi fieri: ego ſupplebo quod tibi deeſt: veni et ſuſci pe me. Cum gratiaȝ deuotionis tribuo: gratias age deo tuo: nō quia dignus es ſed q: tui miſertus ſum. Si non habes ſed magis aridū te ſentis: inſiſte ora tioni: ingemiſce et pulſa: nec deſiſtas donec merearis micā aut guttā gratie ſalutaris accipere. Tu mei in diges nō ego tui indigeo. Nec tu me ſanctificare ve nis ſed ego te ſanctificare et meliorare venio. Tu ve nis vt ex me ſāctificeris et michi vniaris vt nouā gra tiam recipias et de nouo ad emendationē accēdaris. Noli negligere hanc gratiaȝ: ſemꝑ prepara cū omni diligentia cor tuum et introduc ad te dilectū tuum. Oportet autē vt non ſolū te prepares ad deuotionē ante communionē ſed vt etiā te ſollicite cōſerues in ea poſt ſacramēti perceptionē. Nec minor cuſtodia poſt exigitur: q̄ deuota preparatio pri⁹. Nam bona

poſtmodum cuſtodia optima iterū eſt preparatio ad maiorē gratiā conſequēdam. Ex eo quippe valde indiſpoſitus quis redditur: ſi ſtatim fueris nimis effuſus ad exteriora ſolatia. Caue a multiloquio: mane in ſecreto et fruere deo tuo. Ipſum enim habes quē totus mundus tibi inferre non poteſt. Ego ſum cui te totum dare debes ita vt iam vltra nō in te ſed in me abſq; omni ſollicitudine viuas.

## Quod toto corde anima deuota chriſti vnionem in ſacramento affectare debet. Capitulum .xiii.

Quis michi det domine vt inueniam te ſolum et aperiam tibi totū cor meū et fruar te ſicut deſiderat aīa mea: et iam me nemo deſpiciat nec vlla creatura me moueat vel reſpiciat ſed tu ſolus michi loquaris et ego tibi ſicut ſolet dilectus ad dilectū loqui: et amic⁹ cū amico cōuiuari. Hoc oro: hoc deſidero vt tibi tot⁹ vniar: ⁊ cor meū ab omnibus creatis rebus abſtrahā magiſq; per ſacram communionē ac frequentem celebrationē ce-

ſcītia ꝛ eterna ſapere diſcā. Ah dn̄e deus quādo ero
tecū totus vnitus ꝛ abſorptus meiq̄ totaliter obli-
tus. Tu in me ꝛ ego in te ꝛ ſic nos pariter in vnū ma
nere cōcede. Vere tu es dilectus meꝰ electus ex mili
bus: in quo cōplacuit aīe mee habitare oībus diebꝰ
vite ſue. Vere tu pacificus meꝰ in quo pax ſumma
ꝛ requies vera: extra quē labor ꝛ dolor ꝛ infinita mi
ſeria. Vere tu es deus abſconditus: ꝛ cōſiliū tuū nō
eſt cū impiis ſed cū humilibus ꝛ ſimplicibus ſermo
tuus. O q̄ ſuauis eſt dn̄e ſpiritus tuus: qui vt dul-
cedinē tuā in filios demōſtrares, pane ſuauiſſimo de
celo deſcendente illos reficere dignaris. Vere nō eſt
alia natio tā grādis q̄ habeat deos appropinquātes
ſibi ſicut tu deus nr̄ ades vniuerſis fidelibus tuis: qui
bus ob quotidianū ſolatiū ꝛ cor erigendum in celū te
tribuis ad edendū ꝛ fruendū. Que eſt eni alia gens
tam inclyta ſicut plebs xpiana: aut que creatura ſub
celo tam dilecta vt aīa deuota ad quā ingredit̄ deꝰ
vt paſcat eam carne ſua glorioſa. O ineffabilis grā
o ādmirabilis dignatio: o amor immēſus hoī ſingula
riter impēſus. Sed qd retribuā dn̄o ꝓ gratia iſta: ꝓ
charitate tam eximia. Non eſt aliud qd̄ gratiꝰ dona
re queā q̄ vt cor meū deo meo tribuā ꝛ intime con-
iungā. Tunc exultabunt omnia interiora mea cum
pfecta fuerit vnita deo anima mea. Tunc dicet mi-
chi ſi tu vis eſſe mecū ego: volo eſſe tecū. Et ego re
ſpondebo illi. Dignare dn̄e manere mecū ego volo li
benter eſſe tecū. Hoc eſt totū deſideriū meum vt cor
meum tibi ſit vnitum.

## ¶ De quorumdã deuotoꝝ ardenti deſiderio ad corpus chriſti. ¶ Ca. xiiii.

O qꝫ magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abſcondiſti timentibus te. Quãdo recordor deuotorũ aliquorũ ad ſacramentũ tuuꝫ dñe cum maxima deuotione ꝛ affectu accedentiuꝫ tunc pius in meipſo cõfundor ꝛ erubeſco ꝙ ad altare tuũ ꝛ ſacre cõmunionis menſam tam tepide ꝛ frigide ac cedo ꝙ ita aridus et ſine affectione cordis maneo: et ꝙ non ſum totaliter accenſus coraꝫ te deo meo nec ita vehemẽter attractus ꝛ affectus ſicut multi deuo- ti fuerunt qui pre nimio deſiderio cõmunionis ꝛ ſen ſibili cordis amore a fletu ſe nõ potuerũt cõtinere: ſꝫ ore cordis ꝛ corporis pariter ad te deũ fontem viuũ medullitus inhiabant: ſuã eſuriem non valentes ali ter tẽperare nec ſatiare niſi corpus tuũ cũ omni iocũ ditate ꝛ ſpũali auiditate accepiſſent. O vera ardens fides eorũ: probabile exiſtens argumentũ ſacre pre- ſentie tue. Iſti enim veraciter cognoſcunt dñm ſuũ in fractiõe panis. quorũ cor tam valide ardet in eis de ieſu ambulante cum eis. Longe eſt a me ſepe ta- lis affectus ꝛ deuotio tam vehemens amor ꝛ ardor Eſto michi propitius iheſu bone dulcis ꝛ benigne et concede pauperi mẽdico tuo vel interdum modicuꝫ

de cordiali affectu amoris tui in ſacra communione
ſentire: ut fides mea magis conualeſcat: ſpes in boni
tate tua proficiat: et charitas ſemel perfecte accenſa
et celeſte manna experta nunq̄ deficiat. Potens eſt
autem miſericordia tua etiam gratiam deſideratā mi
chi preſtare et in ſpiritu ardoris cum dies beneplaci
ti tui aduenerit me clementiſſime viſitare. Etenim li
cet tanto deſiderio tam ſpecialium deuotorū tuorum
non ardeo: tamen de gratia tua illius magni inflam
mati deſiderii deſideriū habeo orans et deſiderās om
nium talium feruidorum amatorū tuorū participem
me fieri ac eorum ſancto conſortio annumerari.

## Quod gratia deuotionis humilitate et ſuipſius abnegatione acquiritur. ca. xv.

Oportet te deuotionis gratiam inſtanter que
rere indeſinenter petere patienter et fiduciali
ter expectare gratāter recipere humiliter cō
ſeruare: ſtudioſe cū ea operari: ac deo tempus et mo
dum ſuperne viſitatiōis donec veniat cōmittere. Hu
miliare precipue te debes cum parum aut nichil de
uotionis interius ſentis: ſed non nimium deici nec in
ordinate contriſtari. Dat ſepe deus in vno breui mo

mento quod longo negauit tempore. Dat etiam quã
doq; in fine quod in principio orationis lergire diſtu
lit. Si ſemper cito gratia daretur ⁊ pro voto adeſſet
nõ eſſet infirmo homini bene portabile. Propterea
in bona ſpe et humili patientia expectanda eſt deuo
tionis gratia. Tibi tamen ⁊ peccatis tuis imputa cũ
non datur vel etiam occulte tollitur. Modicũ quã
doq; eſt quod gratiam impedit ⁊ abſcondit ſi tamen
modicum ⁊ non potius grande dici debeat quod tan
tum bonum prohibet. Et ſi hoc ipſũ modicum vel
grande amoueris ⁊ perfecte viceris: erit quod petiſti
Statim namq; vt te deo ex toto corde tradideris nec
hoc vel illud pro tuo libitu ſeu velle queſieris ſ; in-
tegre te in ipſo poſueris vnitum te inuenies et paca-
tum: quia nil ita bene ſapiet ⁊ placebit ſicut benepla-
citum diuine voluntatis. Quiſquis ergo intentionẽ
ſuam ſimplici corde ſurſum ad deum leuauerit ſeq;
ab omni inordinato amore ſeu diſplicentia cuiuſlibet
rei create euacuauerit: aptiſſimus gratie percipiende
ac dignus deuotiõis munere erit. Dat enĩ dominus
ibi benedictionem ſuam vbi vaſa vacua inuenerit.
Et quãto perfectius quis infimis renũciauerit ⁊ ma
gis ſibiipſi per contemptũ ſui moritur: tanto gra-
tia celerius venit copioſius intrat ⁊ altius liberũ cor
eleuat. Tunc videbit et afluet ⁊ mirabitur ⁊ dilata-
bitur cor eius in ipſo quia manus domini cum eo: et
ipſe ſe poſuit totaliter in manu eius vſq; in ſeculum.
Ecce ſic benedicetur homo qui querit deum in toto
corde ſuo nec in vanũ accipit animã ſuã. Hic in acci

piendo ſacram eucharistiam magnam promereť diuine vnionis gratiam: quia non reſpicit ad propriaꝫ deuotionem ⁊ conſolationem: ſed ad dei gloriã ⁊ honorem.

## Quod neceſſitates noſtras christo aperire et eius gratiaꝫ poſtulare debemus. Ca. xvi.

O Dulciſſime atqꝫ amantiſſime domine quem nunc deuote deſidero ſuſcipere tu ſcis infirmitatem meam ⁊ neceſſitatem quam patior in quantis malis ⁊ vitiis iaceo: q̃ ſepe ſum grauatus: tentatus: turbatus ⁊ inquinatus. Pro remedio ad te venio: pro cõſolatione et ſubleuamine te deprecor. Ad omnia ſcientẽ loquor cui manifeſta ſunt omnia interiora mea: ⁊ q ſolus potes me perfecte cõſolari ⁊ adiuuare. Tu ſcis quibus bonis indigeo ꝑ omnibus: ⁊ q̃ꝫ pauper ſum in virtutibus. Ecce ſto ante te pauper ⁊ nudus gratiã poſtulans ⁊ miſericordiam implorans. Refice eſurientem mendicũ tuũ: accende frigiditatem meã igne amoris tui: illumina cecitateꝫ meam claritate preſentie tue. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem: omnia grauia et contraria in patientiam: omnia infima ⁊ creata in contemptuꝫ et

obliuionem. Erige cor meum ad te in celum: ⁊ ne di
mittas me vagari ſuper terram. Tu ſolus michi ex
hoc iam dulceſcas vſqꝫ in ſeculū: quia tu ſolus cib⁹
et potus meus: amor meus et gaudiuꝫ meū dulcedo
mea ⁊ totum bonū meū. Utinam me totaliter ex tua
preſentia accendas: conbures: et in te tranſmutes: vt
vnus tecum efficiar ſpiritus per gratiā interne vnio
nis et liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris
me ieiunum et aridum a te recedere: ſed operare me
cum miſericorditer ſicut ſepius operatus es cum ſan
ctis tuis mirabiliter. Quid mirū ſi totus ex te igne
ſcerem ⁊ in meipſo deficerem cū tu ſis ignis ſemper
ardens et nunqꝫ deficiens: amor corda purificans et
intellectum illuminans.

## ¶ De ardenti amore et vehementi affectu ſuſcipiendi chriſtum. ¶ Vox diſcipuli. ¶ Capi. xvii.

Cum ſumma deuotione ⁊ ardenti amore: cū
toto cordis affectu et feruore deſidero te do
mine ſuſcipere: quēadmodum multi ſancti
⁊ deuote perſone in cōmunicando te deſiderauerūt:

qui tibi maxime in ſanctitate vite placuerunt: ꝛ in ar
dentiſſima deuotione fuerunt. O deus meus: amoꝛ
eternus: totū bonū meū: felicitas interminabilis: cu-
pio te ſuſcipere cū vehementiſſimo deſiderio ꝛ digniſ
ſima reuerentia q̄ȝ aliquis ſanctoꝝ vnq̄ȝ habuit ꝛ ſen
tire potuit. Et licet indignus ſum omnia illa ſentimē
ta deuotionis habere: tamen offero tibi totū cordis
mei affectū ac ſi omnia illa gratiſſime inflāmata deſi
deria ſolus haberem. Sed ꝛ q̄cunq̄ȝ poteſt pia mēs
cōcipere ꝛ deſiderare hec omnia tibi cū ſumma reue
rentia veneratione ac intimo fauoꝛe p̄bebo ꝛ offero
Nichil opto michi reſeruare ſed me ꝛ omnia mea ti
bi ſponte ꝛ libentiſſime immolare. Dn̄e deus meꝰ cre
atoꝛ meus et redemptoꝛ meus cū tali affectu: reuerē
tia: laude ꝛ honoꝛe: cū tali gratitudine: dignitate ꝛ a-
moꝛe: cuȝ tali fide: ſpe ꝛ puritate te affecto hodie ſu
ſcipere/ ſicut te ſuſcepit ꝛ deſiderauit ſanctiſſima ma
ter tua glorioſa virgo maria: q̄n angelo euangelizan
ti ſibi incarnationis myſteriū humiliter ꝛ deuote re-
ſpondit. Ecce ancilla dn̄i fiat michi ſm verbū tuum
Et ſicut beatus p̄curſoꝛ tuus excellentiſſimꝰ ſanctoꝝ
Johannes baptiſta in preſentia tua letabundꝰ exul
tauit in gaudio ſpiritus ſancti dum adhuc maternis
clauderetur viſceribus: ꝛ poſtmodū cernens int̄ ho-
mines ieſum ambulantem valde ſe humilians deuo
to cum affectu dicebat. Amicus autē ſponſi q̄ ſtat et
audit eum: gaudio gaudet ꝑpter vocem ſponſi: ſic et
ego magnis ꝛ ſacris deſideriis opto inflāmari ꝛ tibi

ex toto corde meipſum preſentare. Unde ⁊ omniũ de-
uotorum cordiũ iubilationes ardentes affectus: mẽ-
tales exceſſus ac ſupernales illuminationes ⁊ celicas
viſiones tibi offero ⁊ exhibeo cũ omnibus virtutibꝰ
⁊ laudibus ab omni creatura in celo: ⁊ in terra cele-
bratis ⁊ celebrandis pro me ⁊ omnibus michi in ora
tione cõmendatis: quatenus ab omnibꝰ digne laude
ris ⁊ in perpetuū glorificeris. Accipe vota mea domi
ne deus meus ⁊ deſideria infinite laudationis ⁊ im-
menſe benedictionis que tibi ſm multitudinem ineffa
bilis magnitudinis tue iure debentur. Hec tibi red-
do ⁊ reddere deſidero per ſingulos dies ⁊ momenta
temporũ atqꝫ ad reddendum mecum tibi gratias et
laudes omnes celeſtes ſpiritus ⁊ cunctos fideles tu
os precibus ⁊ affectibus inuito ⁊ exoro. Laudẽt te
vniuerſi populi tribus ⁊ lingue ⁊ ſanctũ ac mellifluũ
nomen tuum cũ ſumma iubilatione ardẽti deuotiõ
ne magnificent. Et quicunqꝫ reuerenter ac deuote
altiſſimũ ſacramentum tuũ celebrant ⁊ plena fide re
cipiunt gratiam: ⁊ miſericordiam apud te inuenire
mereantur ⁊ pro me peccatore ſuppliciter exorent.
Cumqꝫ optata deuotiõe ac fruibili vniõe potiti fue
rint ⁊ bene cõſolati ac mirifice refecti et de ſacra mẽ
ſa celeſti abſceſſerint: mei pauperis recordari dignen
tur.

## Quod homo nõ ſit curioſus

ſcrutatoꝛ ſacramenti: ſed hu-
milis imitatoꝛ xp̄i ſubdēdo ſē
ſū ſuū ſacre fidei. ¶ Ca. xviii.

Cauendū eſt tibi a curioſa et inutili ꝑſcruta
tione huiꝰ ꝓfūdiſſimi ſacramēti ſi nō vis
indubitationis pꝛofundum demergi. Qui
ſcrutatoꝛ eſt maieſtatis: oppꝛimetur a gloꝛia. Plus
valet deus operari ꝙ̄ homo intelligere poteſt. Tole
rabilis pia ⁊ humilis inquiſitio veritatis: parata ſem
per doceri et ꝑ ſanas patrū ſentētias ſtudēs ambula
re. Beata ſimplicitas que difficiles queſtionū relīqͥt
vias et plana ac firma pergit ſemita mandatoꝛū dei.
Multi deuotionē perdiderūt dum altioꝛa ſcrutari
voluerūt. Fides a te exigitur ⁊ ſincera vita: nō altitu
do intellectꝰ neqȝ pꝛofūditas myſterioꝝ dei. Si nō
intelligis nec capis que infra te ſūt. quomodo cōpꝛe
hendes ea que ſupꝛa te ſunt. Subde te deo ⁊ humi-
lia ſenſuȝ tuū fidei et dabit tibi ſciētie lumē pꝛout ti
bi fuerit vtile ac neceſſariū. Quidā grauiter tentant
de fide ac ſacramēto: ſed nō eſt hoc ipſis imputandū
ſed potius inimico. Noli curare: noli diſputare cum
cogitationibus tuis nec ad immiſſas a dyabolo dubi
tationes reſponde: ſed crede verbis dei: crede ſāctis
eius et pꝛophetis et fugiet a te nequā inimicus. Sepe
multū pꝛodeſt ꝙ̄ talia ſuſtinet dei ſeruus. Nam infi

deles et peccatores nō tentat quos ſecure iam poſſi
det fideles autē deuotos variis modis tētat et vexat.
Perge ergo cū ſimplici ⁊ indubitata fide ⁊ cū ſimpli
ci reuerētia ad ſacramentū accede. Quicqd intelligi
re nō vales deo omipotenti ſecure cōmitte. Non fal
lit te deus: fallitur qui ſibi nimiū credit. Graditur deus
cum ſimplicibus reuelat ſe humilibus dat intellectū
paruulis aperit ſenſum puris mentibus ⁊ abſcondit
gratiam curioſis ⁊ ſuperbis. Ratio humana debilis
eſt ⁊ falli poteſt: fides autem vera falli non poteſt.
Omnis ratio et naturalis inueſtigatio fidē ſequi de
bet: nō precedere nec infringere. Nam fides ⁊ amor
ibi maxime precellunt et occultis modis in hoc ſan-
ctiſſimo ⁊ ſuper excellentiſſimo ſacramēto operant.
Deus eternus et immenſus infiniteq; potentie facit
magna et inſcrutabilia in celo et in terra: nec eſt in-
ueſtigatio mirabilium operum eius. Si talia eſſent
opera dei vt facile ab humana ratione caperentur
non eſſent mirabilia nec ineffabilia dicenda.

¶ Explicit liber quartus et vltimus de ſacramē-
to altaris. Johannis gerſon cancellarij pariſiēſis de
contemptu mundi deuotum et vtile opuſculum.

## ¶ Sequitur tractatus de meditatione cordis a Magiſtro Johanne de gerſon:

## ¶ Primum capitulum:

Meditatio cordis mei in conſpectu
tuo ſemper. Felix certe qui cum
ꝓpheta poteſt ex ſentẽtia dicere
verbũ iſtud deo. Sed videam⁹ in
primis: quid ſit meditatio cordis
non ꝑ carnali ſolo ſed ſpũali cor
de. Eſt autẽ meditatio vehemẽs
cordis applicatio ad aliqd inueſtigandũ et inueniẽdũ
Et hec applicatio fortis habet difficultatez: q̃ qñqz
maior ẽ: qñqz minor. Quod vt intelligãt: ꝓſupponat᷑
ex creditis et ab experiẽtia: cor noſtrũ condi tũ eſſe: ⁊
tres habere ſpecies oculorũ mẽtales oculos rationa
les oculos ſenſuales. Et ex illis eſt vtrobiqz vni⁹ ocu
lus in cognitione: ali⁹ in affectione. Fundat᷑ hec diſti
ctio in altera qua dicim⁹ hominẽ habere portionem
ſeu faciẽ rationis duplicez quarũ ſuperior vertit᷑ ad
leges eternas: altera ad tp̃ales. Neutra tamẽ in actu
ſuo dependet ab organo corporeo. Sub iſtis eſt ra-
tio demerſa corpori: que ſenſualitas appellat᷑. Pri-

mus oculorum vocatur ab aliis oculus mentis al-
ter oculus rationis: tertius oculus carnis.

## Capitulum ii.

Querat ab initio bñ condite rationalis natu-
re talis ordo ordinisq3 trãquillitas: q ad
nutum et merũ imperiũ: ſenſualitas rationi
inferiori: et inferior ratio ſuperiori ſeruiebat: et erat
ab inferioribus ad ſupius pronus et facilis aſcẽſus
faciente hoc leuitate originalis iuſticie: ſubleuantis
ſurſum corda: quẽadmodum naturaliter ignis ſua
leuitate ſurſum fertur. At vero poſtq̃ aduerſus do-
minũ ſupremũ ingrata proditio demeruit auferri iu-
ſticiam hanc originalẽ ſubintroiit pondus grauiſſi-
mum concomitãs peccatũ. quod miſerã et captiuatã
animã trahere non ceſſat ad infima: tanq̃ circũliga-
ta ſit funibus: cathenis et cõpedibus: vincta in men-
dicitate z ferro. Sicq3 mirabili immo miſerabili cõ-
fuſione facta eſt ordinis prioris peruerſio: q in homi-
ne ſic merſo tenebris et carcere ceco: conturbatus eſt
in ira triplex vtrimq3 oculus: per imperfectionẽ in ſẽ-
ſualitate: per obnubilationẽ in inferiori rationis pfe-
ctione et per quãdam excecationem in ſuperiori ra-
tionis portione.

## Capitulum. iii.

Habemus ecce cauſam primã difficultatis: quã in meditatione ſentimus: quã in habẽdis ſemp ad dñm oculis experimur. Facit hoc penalis illa grauedo: deorſum iugiter impellens quemadmoduz videre eſt ſenſibiliter in aque ductu: que tota facilitate defluit in yma. Continet autẽ vel ſurſũ leuatur: non niſi cum violẽtia. Non aliter cor ad infima pronũ leuiter effluit hac illacq; veluti ſine retinaculo vel labore: quoniã facilis deſcẽſus auerni ait poeta: ſed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras: hoc opus hoc labor eſt

## Capitulum .iiii.

Perſcrutemur conſequẽter ex predictis naturaz ſeu proprietatẽ meditationis: quoniã ex hoc ipſo q̄ neceſſaria nobis ad deũ tendentibus exiſtat videbimꝰ. Dicimus autem et reperimus. q̄ meditatio eſt vehemẽs applicatio vel attẽtio animi ad aliquid inueſtigandũ vel inueniendum fructuoſe. Addimus fructuoſe ne meditatio vergat aut in ſuperſtitionẽ: aut in curioſitatẽ: aut in melẽcolicam ſtoliditatẽ. Dicamus ergo complẽtes: q̄ meditatio eſt vehemẽs et ſalubris animi applicatio ad aliquid inueſtigandũ vel experimẽtaliter cognoſcendum. Ponimꝰ hoc vltimũ propter naturã ipſius affictionis: que diuerſa ſortit nomia proportionaliter ad conditionẽ cognitionis. Nõ poteſt aliter affectio

cognoſci q̄ experimētaliter:ab eo qui per eam afficitur. Quā experimentalē affectionis cognitionē non poteſt eā habēs in alterū verbis quibuſlibet infūdere:niſi ſimiliter affectus ſit alter ille. Quoniaꝫ ſolus nouit:prout in apocalipſi ſcribit:qui accipit. Propterea vocat māna abſconditū. Exemplū eſt ꝑſpicuuꝫ in illo qui nouit dulcedinē mellis ſolū per doctrinaꝫ ſicut medicus ſanꝰ infirmitatis dolorē. Nec autem dulcedo a guſtāte:hic dolor ab egrotante aliter ꝛ lōge cognoſcuntur.

## Capitulum.v.

PErpendamꝰ ex his q̄ ꝓfunde ſenſerit propheta naturā meditationis dū ait. In meditatione mea exardeſcet ignis. Vtrūqꝫ enī complexꝰ eſt: lumē in intellectu et ardorē in affectu. Quod vero ſit difficile q̄ ignis deuotionis ſpūalis exardeſcat flatu meditationis:fiet notū cōſiderantibꝰ ignē materialē:dum querit a lignis aquoſis viridibꝰ luto reſpſis elici. Suffla quantū potes:iterū atqꝫ iterum multo cognatu reſuffla : emerget plurimus ab initio fumꝰ:cōturbās oculos. Vix emicabit ſcītilla q̄ mox euaneſcet. Diſpges forſitā iratꝰ cōgeſta prius ligna ſi nō in longanimitate ꝑſtiteris. Quā longanimitatē appellamur hic meditationē:aut meditationi coniungendam.

## Capitulum.vi.

Meminimꝰ aliquas ſcripſiſſe doctrinas vel
induſtrias: nō dū latino: ſed gallico ſermōe
ſuphabenda meditatione tali: licet fortaſſis
vteremur aliīs terminis ī tractatulo: de miſtica theo
logia: pte ſcđa que praxim eius docet: ⁊ in altero de
mōte contēplationis edito: in altero rurſū de mēdici
tate ſpūali cōpilato. Denīqz tāta reperit̄ difficultas:
tanta pro diuerſitate hominū varietas: in practicādo
doctrinā vere ſcteqz meditatōis: ꝙ an ſilere vel ali-
qđ ſcribere ꝯſultius ſit: videor egomet michiipi qn̄qz
ſub dubio fluctuans.

## Capitulum. vii.

Dum enī recogito ꝙ abſqz meditatōis ex-
ercitio nullꝰ: ſecluſo dei miraculo ſpeciali:
ad perfectionē ꝯtemplationis dirigit̄ aut ꝑ
uenit: nullꝰ ad rectiſſimā xpiane religionis normam
vix ſe cōponit: audio zelans: ardeoqz ſtudiū ſctē me
ditationis ſuadere. At vero dū totiens exptus peri-
cula ſedulꝰ recogito difficultatē: et arduā raritatē ꝑ-
ueniendi quo trahere meditatio nitit̄: ego quaſi tor-
peus et ſtupidus efficior. Queſierit aliquis quo pa-
cto ſic veniat: quia nimirū frequēter expertū eſt ſtudiū
meditationis cōuerti dilabiqz in morbū melācolice
paſſionis propter immoderationē: vel propter ſuper
biam dari in reprobum ſenſuz dyabolice illuſionis.

## Capitulum. viii.

QUanducam⁹ exẽplis id qđ dicim⁹. Lecim⁹
vini in iocũditate ⁊ hoĩs ſalute ↄditũ eſſe
Sic eñi ſcriptura: ſic ratio loquit̃. Videm⁹
tñ ex abuſu potantiũ: pſertim dũ febriuꝫ diſcraſſis la-
borẽt ꝙ potus vini alioquin ſalubris cauſat vel egri
tudinis augmẽtũ: vel maniã et furorẽ: aut quãdoq₃
mortẽ. Nos autẽ filios oẽs adam qs egrotos: qs fe-
bricitãtes eſſe peſſimis aĩe febrib⁹ negauerit: quibus
vertunt̃ in nauſeã et amaritudinẽ optima diuinoruꝫ
eloquiorũ verba: quib⁹ in fel cõuertit̃ ſuauiſſim⁹ di
uini verbi panis. Heu miſeros nos: heu ꝙ̄ ex intima
cõſideratione talis miſerie cõclamauit apoſtol⁹. In
felix ego homo quis me liberabit de corpore mortis
huius. Subiungit. Gratia dei ꝑ ieſum chriſtum.

## Capitulum .ix.

QUid agim⁹ ergo? Quid abim⁹ ꝑcipites ꝑ
abrupta viciorũ? Ibimus ne poſt deſideria
cordis nr̃i ⁊ in adinuẽtionib⁹ nr̃is peſſimis:
deſꝑati ſine lege: ſine freno: ſine ordine. Nunqđ ſuffi-
cient nobis cogitatões iſtabiles: ſordide: fluxe: ſcͤnio
qꝫ ſimilime: q nõ ↄſolationẽ vel edificationẽ allature
ſũt ſꝫ deſolationẽ meſticiã et ruinã oblectãtib⁹ ſe in
eiſdẽ? Rñdebim⁹: nequaꝙ̄ hic fieri debere: ſꝫ adſit
diſcretio moderatrix in oĩb⁹ qua nõ ſecuri⁹ hr̃e poſt
diuinã gratiã poterim⁹: ꝙ̄ ꝑ ſedulũ et ſecurũ alteri⁹
exꝑti noſq₃ diligẽtis et agnoſcẽtis cõſiliũ.

## Capitulum.x.

Clamat ariſtoteles vocem experientie loq̄ns q̄ ars et virt⁹ ſunt circa difficilia: vt ars pingendi: ars ſcribendi/ars citharizandi: virtus caſtitatis: virtus fortitudinis: virt⁹ ſobrietatis. Hoc vero ſic intelligendū eſt: q̄ ab initio virtus ⁊ ars multas in acquiſitione ſua patiūtur difficultates: dum vero fuerint conquiſite: facilia ſunt eis omnia. Pingit faciliter pictor exercitatus in arte: ſic de ſcriptore: ſic de citharizante videmus ita vt dixerit idem ariſtoteles: q̄ ars perfecta non deliberat tam ſibi facilis eſt actus ſuus.

## Capitulum.xi.

Vtamur iſta cōparatione dum de meditatione loquimur. Attendam⁹ q̄ in trahendo paſſim lineas picture vel ſcripture difficultas nulla eſt: ſicut nec in diſcurſione digitoruʒ p̄ cithare cordas. Inuenimus ſimiliter in cogitatione. Nō eni difficulter autē laborioſe nunc hoc: nunc illud ꝓut occurrerit cogitatur: ſed q̄ nullus inde reſultet effectus: vides in ſic pingente: ſic ſcribente: ⁊ ſic cytharizāte/ita neq̄ʒ prorſus in ſic cogitante: imo cū ſe talib⁹ cogitationibus vagis oblectauerit: vt dicit ſeneca: triſtis remanebit. Porro laborioſe ſtudioſe ⁊ attentiſſime cum mira tarditate pingendo: ſcribēdo ⁊ citha-

rizando fit quandoqꝫ vt bene ⁊ celeriter iſta fiant.

## Capitulum.xii.

Quorſum iſta: Nimirũ vt oſtendamus quẽadmodum de cogitatione nulla vnq̃ꝫ proficiet: aut emerget in meditationẽ: quanto minus in contemplationem? Ex meditatione vero que ſummã habet difficultatẽ: ſi bona fide ſimplici ⁊ diſcreta diligenter exerceatur: ꝑuenimus ad hanc ꝑfectionem: ꝙ abſqꝫ vlla difficultate fiet apud nos fructuoſe: ꝙ ſummo meditationis ſtudio cõquirere voluimus. Ita deniqꝫ tranſibit meditatio in contẽplationem. Non enim differt contẽplatio a meditatione niſi penes facile ⁊ difficile: qm̃ vtrobiqꝫ eſt fructus aliter q̃ꝫ in cogitatione.

## Capitulum.xiii.

Deſcribitur autẽ contẽplatio ꝙ eſt liber ⁊ expeditus mentis intuitus in res ꝑſpiciendas vſqꝫquaqꝫ diffuſus. Et hoc quo ad cõtemplationeꝫ que reſpicit intellectũ. Porro quo ad cõtemplationeꝫ que cõſiſtit in affectu: ⁊ in praxi deſcribit eam hugo: ꝙ eſt ſubleuate mẽtis iubilum mors quedam carnaliũ deſiderioꝝ. Hoc eſt guſtare q̃ꝫ ſuauis eſt dñs: quẽ guſtum ſequitur alia longe cognitio

q fuerit intellectualis solo viſio: vel quedã auditio p fidem aut ſcripturã.

## Capitulum. xiiii.

Meditabitur ecce aliquis gemẽs ⁊ ſuſpirans vt columba: dicet cũ pphetà: meditatus ſuz nocte cũ corde meo exercitabar: ⁊ ſcopebam ſpiritũ meũ: facit hoc anxie: difficulter: laborioſe: recogitando nunc oẽs annos ſuos in amaritudine aie ſue: nunc iudicia dei que ſunt abyſſus multa in celo ſurſum et in abyſſis deorſuz: ⁊ ita de reliquis circa q̄ verſatur, meditantis attẽtio vehemens vt ea q̄ meditatur vel cogitat limpidius vel firmi⁹ in affectũ ſunz trahat. Efficiet tandem vt hec omia tanta felicitate recogitet ⁊ ſapiat: q facilis eſt ipſa cogitatio. Docẽt nos exempla pdicta ſi dubitamus. Non enĩ plus laboris habent ſcriptor: pictor: cytariſta bene agendo: qd optime didicerint: quaz vagus ⁊ vanus aliquis ab initio diſcurrẽs ſine arte: ⁊ ordine p lineas picture vel ſcripture: aut p cythare cordas.

## Capitulum. xv.

Addendũ eſt ad premiſſa nichilomin⁹ q vix eſt aliquis ita perfec⁹ in arte ſua qn aſſidue poſſit ad aliqua vel cognoſcẽda vel agenda

proficere qualia necesse est vt non habeat cū laborē Multo magis hoc verū est in ipsa de qua loquimur meditatione: que nouos veritatis aut deuotionis fetus iugiter parere studet: ſꝫ nō deest pturitiōis dolor ꝓpter illud maledictū spūaliter intellectū. In dolore paries filios tuos. Non meminit tñ pressure ꝓpter gaudium: quia natus est sibi nouus cognitionis ⁊ affectionis sancte fetus: in animi sui mundum.

## Capitulum. xvi.

Iuenit autē ab initio frequentius vt dū aliquis nondum purgatus a vitiis satagit meditari: vt columba meditat̄ quasi vetus symea doloso: odia. Meditatur sicut canis rabiosa: silē ia rodens iuxta verbum satirici. Meditat̄ quasi sordida sus: dum fetissimas in aīo versat reuersatqꝫ cogitationes. Quid porro de blasphemie spiritu: q̄ꝫ abhominabilis: q̄ꝫ horridus. Nōnunq̄ꝫ resurgit territans meditantē loquēs aduersus deū sanctos sanctasqꝫ ingentia que nec fari licet. Iaciunt infidelitatis iacula baratrū desperatiōis aperiunt: experimentū quoqꝫ manifestat: quā recte iusserit sapiens: fili accedēs ad seruitutem dei: ꝓpara aīam tuā ad tentationē. Sequit̄ ꝑsidium certissimū: sta in timore. Beatus eni vir q semper est pauidus.

## Capitulum. xvii.

Pauidus vero ſemper quomodo beatus eſt
queret aliquis:dum timor addit timori:ſcru
pulus ſcrupulis.puſillanimitas puſillanimi/
tati:pſertim cū nō adeſt aſſidue ꝯſiliator dux ꝛ ꝑmon
ſtrator itineris arti rectis. Si vero talis q rarus eſt i
uentus forte fuerit:cū ocio nouū meditantē inſtruēdi
quātū libuerit:felix quidē erit ipſe nouꝰ tiro:ſi tū ꝓni
nus abſq; vlla trepidatione paratꝰ eſt credere ꝯſilio
Sz o quotiēs bone ieſu quotiēs heſitabit:ꝛ idē repe
tet iterū iterꝫ q̄ quaſi falli reformidās qret idē. Deni/
q; nō vteť erga dantē ſibi ꝯſiliū doctrine iacobi q̄ eſt
vt poſtulet in fide nichil heſitās. Scripſi q̄dem ſuper
hmōi ſcrupulis in tractatulo de ꝑparatione ad miſſā
aliqua ſimiliter de cautelis:ꝯtra ſpm̄ blaſphemie du
riſſimū aduerſus quē remediū optimū eſt cotēnere:
nec curare q̄ꝫ potius irridere nam ſuper his ſollicite
cōfiteri niſi forſitā i pricipio ꝓ cautela ad hn̄dū ꝯſiliū.
De ſcrupulis vero teneať hec regula qđ aduerſus
eos agendū eſt:ſi ita prudēs aliqs ꝛ expτus cōſiliator
dictauerit mādauarit aut iuſſerit:nec aget in hoc cō/
tra cōſcientiā ſuā de meritorie dū illā ad cōſiliū ſapiē
tiorꝫ ꝑ rationis libertatē ab aīo ſuo mutat ꝛ diſponit
q̄ꝫuis aſſidue ſenſualitatis remurmuratio forte ſen/
tiatur: Alioqn nūq̄ꝫ fiet in pace deo locꝰ cordis. Rur
ſus aduertendū ꝙ ſicut dicente ariſtotele oīs nr̄a co/
gnitio venit a ſenſu:iterū neceſſe eſt oēm intelligentē
fantaſmata ſpeculari:ſic originať meditatio nr̄i cor/
dis a ſenſibilibꝰ q̄ figurata ſūt q̄ colorata:ꝛ ceteris ac
cidentibꝰ tpis ꝛ loci circūuoluta. Hinc ſūt meditatio

nes ꝯſcripte: hinc imagines picte vel ſculpte: hinc ge
neraliter fit illud pſalmiſte. Meditatus ſum in oīb⁹
operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar.
Que vtiqꝫ facta et opa ſunt corpalia. Nihilominꝰ
debet aſſurgere meditans vltra pgredi: veluti p ſca-
lam aliquod ex viſibilib⁹ ad inuiſibilia: ſicut dicit apo
ſtolus qm̄ inuiſibilia dei. ex his q̄ facta ſunt ītellecta
ꝯſpiciunt: ſempiterna quoqꝫ que virtus ei⁹ ꝛ diuini-
tas. Propterea docēs nos a corporalibus ad ſpūa-
lia migrare dicebat. Et ſi xp̄m ſm carneꝫ cognouim⁹
nunc tñ ſm carnē nō cognoſcimus.

## Capitulum. xviii.

Aduertendum vero ꝙ meditaturis duplices
inter ceteras tenduntur inſidie: vna dū petūt
cōſiliū ſuper occurrentib⁹ ſcrupulis in medi-
tatione ſua pſertiꝫ mulier a viro. Altera: dū ſunt in
actu meditationis. Fit in primo caſu crebrius ꝛ leui⁹
quā a multis credi pōt: agglutinatio quedā aīoꝝ ve-
lata pallio ſancte deuoteqꝫ dilectionis: q̄ primo cōfa
bulationib⁹ ſub typo querēdi cōſilii querit: de hinc a
nima veluti ꝯfricata caleſcit: ꝛ ſenſim igne ceco carna
lis amoris carpitur ꝛ vrit: nec intelligit primo donec
tandē ad riſus leues: ad facetos blandoſqꝫ geſtus p
uentuꝫ eſt. Auertat deus a ſeruis ſuis id qd̄ reliquū
ſilemus. Timeo inqt apoſtol⁹ nedū ſpiritu ceperitis:
carne ꝯſūmamini. Scripſi iā pluries talia ꝯſeq̄nter ad

auguſtinū:noīatim in tractatulo de ꝓbatiōe ſpūum
Incurrunt aliud ꝑiculū meditātes: dū in ſolis fanta
ſijs: dū ſolis imaginibus corporeis ſe tradunt: ⁊ toto
corde vehemēter incūbunt. Fit ꝓinde ꝙ meditās dū
tranſire ſatagit in cōtemplatiōnē collabat̄ ad melan
colicam: ſeu fantaſticā leſionem: ita tandem vt imagi
nes iterū verſatas in imaginatiua virtute: pro rebus
ipſis exterioribus accipiat. Et ſicut euenit in ſomniā
tibus dum dormiunt: nō aliter iſtis in vigilia cōtingit:
quoꝝ verba ⁊ opa nullā inter ſe cōnexionē: nullū or
dinem ſeruant: vbi neqꝫ eſt principiū neqꝫ finis: vbi
ſicut vulgo dicit̄: neqꝫ eſt caput: neqꝫ cauda: ſed de
gallo fit ſaltus ad cignū / ita vt vigilantes ſomniare
videāt̄ur. De qualibet dicunt vulgares. Ilz reſuēs
on font en reſuerie. Porro timent non timenda / ſpe
rant non ſperanda. Nunc gaudio diſſoluūtur: nunc
ſubito merore tabeſcunt. Quales egent amplius fo
mento ſacratis ꝙ̄ monitione ſapientis.

Explicit liber de meditatione cordis.

# ¶ Tabule capitulorum in libros ſequentes.

## ¶ Capitula libri primi.


De imitatione chriſti ⁊ de contemptu omnium vanitatum mundi. Capitu .i.
De humili ſentire ſuiipſius Capit . ij.
De doctrina veritatis. Capi . iij .
De prudentia in agendis. Capi . iiii.
De lectione ſanctarum ſcripturarum. Capit. v.
De inordinatis affectionibus. Capit. vi.
De vana ſpe ⁊ elatione fugienda. Capi. vii.
De cauenda nimia familiaritate Cap . viii.
De obedientia ⁊ ſubiectione Capit. ix .
De cauenda ſuperfluitate verborum Capitu .x.
De pace acquirenda ⁊ zelo proficiendi. Capitu.xi.
De vtilitate aduerſitatis. Capit. xii.
De tentationibus reſiſtendis. Capit. xiii.
De temerario iudicio vitando. Capi.xiiii.
De operibus ex charitate factis Capit. xv.
De ſufferentia defectuum aliorum. Capit.xvi.
De monaſtica vita. Capi.xvii.
De exemplis ſanctorum patrum. Capi.xviii
De exercitiis boni religioſi Capit.xix .
De amore ſolitudinis ⁊ ſilentii. Capitu.xx.

De compūctionē cordis ¶ Capi.xxi.
De conſideratione humane miſerie. ¶ Ca.xxij.
De meditatione mortis ¶ Ca.xxiij.
De iudicio et penis peccatorum ¶ Ca.xxiiij.
De feruenti emēdatione totius vite noſtre. Ca.xxv.


## ¶ Capitula libri ſecundi.


De interna conſeruatione ¶ Capi.i.
De humili ſubmiſſione ſub p̄lati regimine. ¶ Capi.ii.
De bono pacifico homine. ¶ Cap.iij.
De pura mente et ſimplici intētione. Ca.iiij.
De propria conſideratione Ca.v.
De leticia bone conſcientie. Ca.vi.
De amore iheſu ſuper omnia Ca.vii.
De familiari amicicia iheſu. Ca.viij
De carentia omnis ſolatij. Ca.ix.
De gratitudine pro gratia dei. Ca.x.
De paucitate amatorum crucis iheſu. Ca.xi.
De regia via ſancte crucis. Ca.xii.


## ¶ Capitula libri tertij.


De interna x̄pi locutōe ad aīam fidelē. Ca.i.
Quod veritas intus loquitur ſine ſtrepitu verborum. Capi.ii.
Quod verba dei cum humilitate ſunt audienda: et

ꝙ multi ea non ponderant. Ca. iij.
Oratio ad implorandū deuotionis gratiā. Ca. iiij.
Quod in veritate ꝛ humilitate corã deo conuerſandum eſt. Ca. v.
De mirabili effectu diuini amoris Ca. vi.
De probatione veri amatoris. Ca. vii.
De occultanda gratia ſub humilitatis cuſtodia. Ca. viij.
De vili eſtimatione ſuiipſius in oculis dei. Ca. ix.
Quod omnia ad deum ſicut ad finem vltimum ſūt referenda. Ca. x.
Qđ ſpreto mundo dulce eſt ſeruire deo Ca. xi.
Quod deſideria cordis examinanda ſunt et moderanda. Ca. xii.
De informatione patientie et luctamine aduerſus cō cupiſcentias. Ca. xiij.
De obedientia humilis ſubditi ad exemplum iheſu chriſti Ca. xiiij.
De occultis dei iudiciis conſiderādis ne extollamur in bonis. Cap. xv.
Qualiter ſtandum ſit ac dicendum in omni re deſiderabili. Ca. xvi.
Oratio pro beneplacito dei perficiendo. Ca. xvii.
Quod verum ſolatium in ſolo deo eſt querendum. Ca. xviij.
Qđ omis ſollicitudo in deo ponēda eſt. Ca. xix.
Quod temporales miſerie chriſti exemplo equanimiter ſunt ferende Ca. xx.
De tollerantia iniuriarum: et quis verus patiens

probetur. Ca.xxi.
De confeſſione proprie infirmitatis et huius vite miſeriis. Ca. xxii.
Quod in deo ſuper omnia bona et dona requieſcendum eſt. Ca.xxiij.
De recordatõe beneficioꝝ dei multipliciũ. Ca.xxiiii
De quatuor megnã importantibꝰ pacẽ. Ca.xxv.
Oratio contra cogitationes malas. Ca.xxvi.
Orõ pro illuminatõe mẽtis deuotiſſima. Ca.xxvii.
De euitatione curioſe inquiſitionis ſuper alterius vita. Ca.xxviii.
In quibus firma pax cordis et verus perfectus conſiſtit. Ca.xxix.
De eminentia libere mentis ꝛ ꝙ ſupplex oratio magis meretur ꝙ̃ lectio Cap.xxx.
Quod priuatus amor a ſummo bono maxime retardat. Ca.xxxi.
Oratio ꝓ purgatõe cordis ꝛ celeſti ſapiã. Ca.xxxii.
Contra linguas obtrectatorum. Ca.xxxiii.
Qualiter inſtante tribulatione deus inuocãdus eſt ꝛ benedicendus. Ca.xxxiiii.
De diuino petendo auxilio et confidentia recuperãde gratie Ca.xxxv.
De neglectu omnis creature vt creator poſſit inueniri: Ca.xxxvi.
De abnegatione ſui et abdicatione omnis cupiditatis. Ca.xxxvii.
De inſtabilitate cordis et de intentione finali ad deũ habenda. Ca.xxxviii.

Quod amanti ſapit deus ſuper omnia et in omnibus Ca.xxxix.
Quod non eſt ſecuritas a tentatione in hac vita. Ca.xl.
Contra vana hominũ iudicia. Ca.xli.
De pura et integra reſignatione ſui ad obtinendam cordis libertatem. Ca.xlii.
De bono regimine in externis et recurſu ad deuꝫ in periculis: Ca.xliii.
Qđ homo nõ ſit importun⁹ in negotiis. Ca.xliiii.
Quod homo nichil boni ex ſe habet: ⁊ de nullo gloriari poteſt. Ca.xlv.
De contẽptu om̃is tẽporalis honoris. Ca.xlvi.
Qđ pax nõ eſt ponẽda in hominibus. Ca.xlvii.
Contra vanã et ſecularẽ ſciẽtiam. Ca.xlviii.
De no attrahẽdo ſibi res exteriores. Ca.xlix.
Quod omnibus non eſt credendum et de facili lapſu verborum. Ca.l.
De confidentia in deo habenda quando inſurgunt verborum iacula. Ca.li.
Quod omnia grauia pro eterna vita ſunt toleranda. Ca.lii.
De die eternitatis et hui⁹ vite anguſtiis. Ca.liii.
De deſiderio eterne vite et quanta ſint certantibus bona promiſſa. Ca.liiii.
Qualiter homo deſolatus debeat in manus dei ſe offerre. Ca.lv.
Quod humilibus inſiſtẽdum eſt operibus cum deficitur a ſummis. Ca.lvi.

Quod homo non reputet ſe conſolatione dignū: ſed magis verberibus reum. Ca.lvii.
De gratia q̄ non miſcet̄ terrena ſapientib⁹. Ca.lviii.
De diuerſis motibus nature et gratie. Ca.lix.
De corruptōe nature et efficatia gr̄e diuine. Ca.lx.
Q̄ nosipſos abnegare ⁊ chriſtum imitari debemus per crucem. Ca.lxi.
Q̄ homo non ſit nimis deiectus: quādo in aliquos labitur defectus. Cap.lxii.
De altioribus rebus et occultis iudiciis dei non ſcrutandis. Ca.lxiii.
Quod omnis ſpes et fiducia in ſolo deo eſt fienda. Ca.lxiiii.

# Capitula libri quarti.

Cum quāta reuerētia xp̄s ſit ſuſcipiend⁹ Capi.i.
Quod magna bonitas et charitas dei in ſacramēto exhibetur homini. Cap.ii.
Quod vtile ſit ſepe communicare. Ca.iii.
Quod multa bona preſtantur deuote communicātibus. Ca.iiii.
De dignitate ſacramēti ⁊ ſtatu ſacerdotali Ca.v.
Jterrogatio de exercitio añ cōmunionē Ca.vi.
De diſcuſſione proprie conſcientie et emendationis propoſito Ca.vii.
De oblatione chriſti in cruce et propria reſignatione. Ca.viii.

Quod nos et omnia noſtra deo debemus offerre ⁊
pro omnibus orare. ¶ Capi.ix.
Quod ſacra communio de facili non eſt relin-
quenda. ¶ Ca.x
Quod corpus chriſti et ſacra ſcriptura maxime ſint
anime fideli neceſſaria. ¶ Ca.xi.
Qđ magna diligentia ſe debeat communicaturus
chriſto preparare ¶ Ca.xii.
Qđ toto corde anima deuota chriſti vnionem in ſa-
cramento affectare debet. ¶ Ca.xiij.
De quorūdam deuotorum ardenti deſiderio ad cor-
pus chriſti. ¶ Ca.xiiij.
Quod gratia deuotionis humilitate et ſuiipſius ab-
negatione acquiritur. ¶ Ca.xv.
Quod neceſſitates noſtras chriſto aperire et eiꝰ gra-
tiam poſtulare debemus. ¶ Ca.xvi.
De ardenti amore et vehementi effectu ſuſcipiendi
chriſtum. ¶ Ca.xvij.
Quod homo non ſit curioſus ſcrutator ſacramēti:
ſed humilis imitator chriſti ſubdēdo ſenſum ſuum
ſacre fidei. ¶ Ca.xviij.

¶ Laus deo.

qui vult venire post me abneget se
metipsum idest verloghent ende sterft v
haer dien et tollat crucem suam idest
sterft v wellustichheit des leuens et
sequatur me idest hiet achter ende ver
smaet alle rijckheit wat dij wort
gheboden godt te mijnen bouen alle dinc
ende selden dit volbringhen soo moetti
die dinghen haeten die der mijnen contra
rien sijn dat sijn die sonden ende leert v le
uen rugherere nae mijn leuen ende weest
gheren versmaet ende verhaeten met mijn
inden oeuhoe ende [illegible] ende neet die sijn
me goedewaer die toch v spreecken he
den idest v goede insprecken maer bona
natura seit wanneer wijse sijn schuldich
nae te volghen ende met den sijn wij schul
dich wanneer wij doet ee rechten dan
ghe verboden sijn die ons godt in ghe
eest als van onser rechthel ende van de ghe
boden goede ende der kercken oft van
naturen doet wij daer teghen het

es doot so de maer vñ anderē dinghe
daer wy mēt toe verbōdē ersijn en eest hee
doot so de als wy"s wt theē v̄smaeth[t] ast wt
thiilbaatē richteren laetē wāt neethy geerē
en ee theē clerm so de

BIBLIOTECA ...

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001248938
Biblioteca de Catalunya
Reg. C-SBØ
1001248938
Top. K-8º-825
Generalitat de Catalunya
Departament de Cultura
BC 27